

jus habeat in pignore? T. 21. n. 66. & seqq. An & quando illud possit vendere? n. 70. & seqq.

CREDULITAS.

2. Credulitas est quartus gradus probationis, T. 19. n. 23. & 29. In quo conveniat & differat à scientia? n. 30. Non potest stare cum scientia, T. 20. n. 345. Testes de credulitate qui? num. 244. Et an aliquid probeat? n. 348. Vide *Testes de scientia*.

CRIMEN, CRIMINALIS, CRIMINALITER, CRIMINOSUS.

1. In Criminibus duo actus inducunt consuetudinem, & quomodo? T. 4. n. 124. & n. 121. An sit licitum transgredi super crimine, dando videlicet adversario suo pecuniam, ut ab accusatione ejus desistat? T. 36. n. 30. Et quid spectato jure Canonico? n. 34. 35.
2. Crimina pleraque de facto sunt mixti fori, quoad poenam irrogandam, T. 2. num. 158. & seq. Excepta Hæresi, num. 159. Et Simonia, n. 160. Et quid de læsione infra dimidium iusti pretii? num. 161. Punitur per Judicem sæcularem super crimine mixti fori, an possit etiam puniri per Ecclesiasticum, & è contrà? n. 163. & 164. Sanius est impunitum relinquere crimen nocentis, quam innocentem damnari, T. 18. num. 12. Interest Reipub. crimina non manere impunita, T. 28. n. 272. Ob crimen prohibetur quis appellare quando de eo convictus, & confessus est, nu. 270. & 272. Sectus, quando de crimine non sic constat, nu. 272. Crimina excepta cur sic dicantur? T. 18. num. 99. Et quæ sint? nu. 100. & seqq. De proprio crimine judicialiter confessi, an possint interrogari de factis criminis? eorumque confessio adversus istos admitti? T. 18. nu. 96. & seqq. In criminibus stat præsumptio contra delinquentem, num. 125. In criminibus exceptis admittuntur ad testimonium etiam infames, T. 20. n. 50. & 52. Et criminosis, n. 64. Criminosus quis? n. 55. & seqq. Criminosus vel adhuc perseverat in crimine, vel jam est emendatus, nu. 57. Præsumitur emendatus post lapsum triennii honestè peracti, *ibid.* Utrum, & quando criminosis sit repellendus à ferendo testimonio? num. 55. 58. & seqq. Criminosus jam emendatus admittitur in causis civilibus ad testimonium, secus, si nondum est emendatus, num. 58. Istud spectato jure Canonico procedit, dummodo crimen testi objectum legitime probeatur, licet antea de eo non fuerit condemnatus, nu. 59. De jure tamen Civili requiritur, ut de crimine illo fuerit antea judicialiter condemnatus, num. 60. In causis criminalibus criminaliter motis, repellitur testis criminosus, nu. 61. Aded, ut etiam ex unico crimine quis repellatur, n. 62. Cur Judex criminosus non infamis, nequeat per exceptionem partis repelli à judicando, bene tamen à testificando? nu. 63. Dantur plures casus, in quibus criminosus emendatus admittitur pro teste etiam in causis criminalibus, num. 64. & seqq. Putà in criminibus exceptis, & quando veritas aliter haberi nequit, nu. 64. Item parte non opponente, num. 65. Item ad probandam innocentiam Rei, nu. 67. Ac in causis in quibus non requiritur plena probatio, num. 68. Ad repellendum testem criminosum, non sufficit obijcere crimen in genere &c. num. 66. Emendatio criminosis præsumitur, si is per triennium ab improbè factis abstinuit, T. 23. n. 100.
3. Crimen læsæ Majestatis in Personam Principis. Vide *Læsæ Majestatis crimen*. Criminali in materia duæ vices inducunt consuetudinem, & quando secus, T. 1. n. 44. & 45. Criminosi non possunt recipi in Religione, T. 31. n. 80.
4. Criminis impedimentum ex adulterio solo non cau-

satur, T. 7. n. 2. Nisi cum eo concurrat contractus, n. 3. Vel saltem promissio Matrimonii, n. 4. Aut sine promissione machinatio in mortem conjugis innocentiis, nu. 5. Nihil refert, num adulterium præcedat, vel subsequatur promissionem Matrimonii, n. 6. Ad impedimentum criminis requiritur insuper, quòd matrimonium prius sit invalidum, n. 8. Et adulterium cum promissione factum sit vivente conjugè, n. 9. Et quidem eodem, n. 10. Utrouque adultero sciente alterum esse conjugatum, num. 11. Debet etiam esse adulterium perfectum, n. 12. Secundum aliquos requiritur seminatio viri, num. 13. Contrarium est probabilis, per lascivos tactus non contrahitur impedimentum criminis, n. 14. Ut contrahatur, requiritur etiam, ut promissio Matrimonii sit seria, n. 15. Et acceptata, n. 16. Licet non sit mutua, nu. 17. Criminis impedimentum ex machinatione in mortem non contrahitur ex solo homicidio, T. 6. n. 18. Bene verò si concurrat adulterium, n. 19. Vel quando uterque sine adulterio machinatur in mortem conjugis, n. 20. Ut machinatio cum adulterio causet impedimentum, requiritur ut alteruter sit causa moralis, vel Physica mortis, nu. 21. Et mors ex tali machinatione reverà sequatur, nu. 22. Ipsaque machinatio fiat animo contrahendi Matrimonium, n. 23. Ad quod tamen sufficit intentio interna, nu. 24. Conditiones requisitæ ad impedimentum criminis sine adulterio contrahendum, quæ? nu. 25. Criminis impedimentum contrahunt etiam illi qui ignorant impedimentum, T. 7. n. 26. Criminis impedimentum à quibus, & ex qua causa dispensando tollit Papa? A. num. 138. & seqq. Ut ritè dispensetur quantum exprimi debeant? n. 282. & seqq.

R. J. Criminaliter inquisitus & crimen confessus non potest excipere quòd infamia non præcesserit, C. II. R. XLIII. n. 8. Criminales, seu sanguinis causas Episcopi &c. per alios tractant, C. II. R. LXVIII. num. 7.

CULPA.

2. Culpa & dolus apud Juris peritos quid? T. 24. nu. 20. Culpa lata æquiparatur dolo, *ibid.*
3. Culpa aliter apud Theologos, aliter apud Juristas accipitur, T. 15. num. 17. Alia est lata, alia levis, alia levissima, n. 18. Differt à casu & dolo, n. 19. Ex qua culpa teneatur Commodatarius? num. 20. & seqq. Ponuntur Regulæ generales ad cognoscendum ex qua culpa quis in quovis contractu teneatur, n. 26. & seqq.
5. Culpa lata an & quando æquiparatur dolo? T. 12. num. 213. Culpa ubi nulla, nulla ibi poena, T. 37. num. 2.
- R. J. Culpa lata æquiparatur dolo, C. II. R. XXVI. n. 5. Sine culpa nemo puniendus, nisi subit causa boni communis, R. XXIII. n. 2. 3. R. XLI. n. 2.

CULTUS.

3. Cultus publicus & privatus quid? T. 45. num. 16. Quo cultu coli possint Sancti ac Beati? n. 17. Item cum fama Sanctitatis defuncti, n. 18. & seqq. Afferuntur Decreta & Constitutiones Pontificiæ circa cultum Beatorum nondum Canonizatorum, n. 17. Et circa cultum imaginum, miraculorum & revelationum defunctorum cum fama Sanctitatis, n. 19.

CUMULATIO.

2. Cumulatio actionum est prohibita, & quando? T. 12. n. 167. & seqq. Cumulare causam possessionis & proprietatis quid? & quot modis contingat? p. 263.

num. 263. Et an utraque possit cumulari? nu. 264. & seqq. Nequit illud fieri in certis casibus, nu. 265. & 273. ac seqq.

CURIA, CURIALES.

3. Curia Romana ubinam censetur existere? Tit. 5. num. 451. Curialium Beneficia vacant in curia, nu. 449. & seqq.

CUSTODIA, CUSTOS.

3. Custodia Rei ad Asylum confugientis. Vide *Rei custodia*. Custodes Gregum & aliarum rerum ad quid, & ex qua culpa teneantur? T. 18. num. 88. & seqq.
1. Custos quid, & quod ejus officium? T. 27. n. 6.
5. Custodiæ causa ante constitutionem an, & quomodo, & quando carcerari possit Reus? T. 1. n. 398.

D.

DAMNIFICANS, DAMNUM.

4. **D**amnificans injustè tenetur ad restitutionem, T. 1. num. 6.
5. Damnum, & Damnificatio quid? & quot modis fieri possit? T. 36. num. 37. & seqq. Dari, vel inferri potest non tantum ex dolo, sed etiam ex culpa Juridica lata, levi, aut levissima, n. 38. Damnum datum parit actionem ex Lege Aquilæ, ac reparationem, & insuper quantum interest, damnum datum non fuisse, T. 36. n. 50. Subinde parit etiam actionem ad duplum & quadruplum, nu. 51. Nec non actionem ex effuso, vel dejecto, n. 52. Damnum illatum qualem parit obligationem pro utroque foro, T. 36. num. 39. & seqq. In foro externo ex quavis etiam levissima culpa juridica oritur obligatio reparationis, *ibid.* & num. seq. In foro interno datur, non tantum quando ex dolo, num. 41. Sed etiam quando ex culpa inferitur, num. 42. Non tamen sine culpa Theologica, num. 43. Nisi post sententiam Judicis, num. 44. Culpæ Theologiæ incapax, sicut & adhibens diligentiam debitam in nullo foro tenetur ad reparationem damnum, num. 45. Sicut nec qui illud jure intulit, numer. 46. Litigans tenetur ad expensas litis, num. 47. Si temerè litigavit, nu. 48. Ob damnum casu contingens, nullus tenetur, num. 49. Damnum infectum quid? T. 32. num. 39.
- R. J. Damnum quod quis sua culpa sentit, non intelligitur sentire, C. II. R. XIX. n. 11. R. LXXXVI. num. 2.

D A R E.

R. J. Dare quis potest quod non habet, alieno nomine, non suo, C. II. R. LXXXIX. num. 6.

DEBILITAS.

1. Debilitas Corporis in quo consistat? T. 20. num. 4. Debilitati qui? *ibid.*

DEBITOR, DEBITUM.

2. Debitor de fuga suspectus, an & quando possit capi? Tit. 3. num. 94. & seqq. Debitores qui juraverunt solvere usuras, qualiter teneantur ad earum solutionem? T. 24. num. 71. & 79. Debitum pecuniarium non extinguitur per hoc, quòd Creditor illud longo tempore non exigat, T. 26. nu. 112. Quid requiratur, ut quis præscribat contra debitum pecuniarium? *ibid.*
3. Debita certa, & incerta an, & quando, & à quo minoris emi, ac vendi possint? Tit. 17. numer. 58. *Anacleti Reiffensuel Repertorium.*

& seqq. Propter Ecclesiæ necessitatem à Prælato contracta solvere tenetur Succellor, T. 21. n. 36. Debitum est triplex? T. 23. n. 68.

4. Debitum conjugale petendi impedimentum quibus modis contrahatur? A. num. 556. & seqq. Dilpenfare super illo possunt Episcopi, quando provenit ex voto, quod tollere possunt, num. 559. Dummodo non fiat votum cum intentione ingrediendi Religionem, num. 560. Aut per modum mutui contractus, num. 561. & seqq. Possunt etiam dispensare super eodem, proveniente ex voto castitatis perpetuæ, num. 564. Vel incestu post matrimonium commissio, num. 565. Idem potest Capitulum, nu. 566. Ac etiam Regulares Mendicantes, num. 567. & seqq. Ad quod non indigent speciali facultate Superiorum, num. 576. Requiritur tamen justa causa, num. 581.

R. J. Debiti obligatio solvitur solutione, per quemcumque fiat, C. II. R. LXXXIII. num. 2. Debitor non est in mora, si creditor solutionem oblatam non acceptaverit, C. II. R. XXV. num. 15.

DECANUS.

1. Decanus alio nomine appellatur Archipresbyter, T. 24. num. 3. Decani urbani officium quale? num. 7. & seqq. Decani ruralis officium quale? nu. 10. Ad Decanatum requiritur ætas viginti quinque annorum, solum inchoatorum, T. 6. num. 216. Decanus vel debet actu esse presbyter, vel iura annuum presbyter fieri, T. 14. num. 12.
2. Decani Ecclesiarum Cathedralium Germaniæ de consuetudine habent jurisdictionem in Canonicis, T. 1. num. 99.

DECENDIUM.

2. Decendium concessum ad appellandum, quando incipiat currere? T. 27. num. 110. & III. Currit de momento in momentum, num. 111. Sententia non solum diffinitiva, verum & interlocutoria post decendium transit in rem judicatam, num. 112. & seqq. Decendium ad appellandum concessum quando currere incipiat? T. 28. num. 157. & seqq. Non currit ignorantem se esse gravatum, num. 158. Cautela pro notario quoad hoc, *ibid.* Decendium illud à principio est utile, sed in progressu continuum, num. 160. & 157. Iudex à quo nequit minuere terminum decem dierum ad appellandum concessum, & cur? T. 28. num. 189.

DECENNIUM.

1. Decennium vocatur in jure longum tempus, T. 4. num. 91. & 96.

DECIMÆ.

2. Decimas præscribens non censetur præscripsisse decimas Novalium, T. 26. num. 185.
3. Decimarum natura, divisio & Jus, quo debentur, T. 30. num. 2. & seqq. Decimæ desolantur, numer. 2. Aliæ sunt prædiales, seu Reales, aliæ personales, num. 3. Decimæ mixtæ non agnoscuntur, num. 3. Prædiales aliæ sunt majores, aliæ minores, num. 5. Aliæ purè spirituales, & Ecclesiasticæ, aliæ Laicales, num. 6. Decimæ, aliæ formaliter, aliæ materialiter, & secundum substantiam sumptæ sunt, num. 7. Materialiter sumptæ debentur jure naturali, *ibid.* Divino, & humano, num. 8. Decimæ formaliter sumptæ, an solo jure humano, vel divino debeantur? controvertitur, num. 9. & seqq. Eligitur sententia quòd debeantur jure divino, & probatur variè, num. 13. & seqq. Decimæ à

quibus solvendæ? *T. 30. num. 40. & seqq.* Ad eas tenetur quis fidelis, *num. 40.* Imo etiam Hæretici, *num. 41.* Judei, & infideles, *nu. 42.* Etiam jure personali, *num. 43.* Infideles conversi compelli possunt ad solvendas Decimas negligas, *num. 44.* Clerici tenentur ad Decimas bonorum Patrimonialium, *num. 45. & seqq.* Et quidem obligatio personali, *num. 47. & seq.* De Redditibus Beneficii non dant Decimas, *num. 49.* Nisi Ecclesia habeat agros, aut fundos, ex quibus Decimæ prius solvebantur, *num. 50. & seq.* Parochi etiam tenentur dare Decimas, & quas? *num. 52.* Religiosi de Jure Communi tenentur ad Decimas, *nu. 53.* Non item pauperes in extremâ necessitate, *num. 54.* Bene tamen in gravi, *num. 55.* Ita ut nec differre possint solutionem, quamvis solventibus iterum restituere debent Clerici, *num. 56.* Pauperes in Communi necessitate tenentur ad Decimas, *num. 57.* In casu quo res elocatur alteri, quânam tenentur ad Decimas? *num. 58.* Decimas defraudantis poena, præter peccatum contra Religionem, & justitiam est excommunicatio, *Tit. 3. num. 20. & seqq.* Ac insuper gravis vindicta divina, *n. 23. & seqq.*

3. Decimæ de quibus rebus, quomodo, quo tempore, & loco solvi debeant? *T. 30. num. 25. & seqq.* Debentur de omnibus licitè acquisitis, *num. 25.* Prædiales etiam de illicitè acquisitis solvi debent, *num. 26.* Sicut & personales, si licitè acquisitæ, licitè retinentur, *num. 27.* Decimæ prædiales solvi debent sine deductione expensarum, *num. 28.* Tributorum ac Censusum, *num. 29.* Personales verò non sine deductis expensis, *num. 30. & seq.* Prædiales statim ac fructus percipiuntur, solvi debent, *num. 32.* Nisi aliud habeat Consuetudo, vel contractus, *num. 33.* Debentur sæpius in anno, si sæpius crescit fructus, *num. 35.* Decimæ expensis Parochianorum ad Domum Parochi sunt vehendæ, *num. 36.* Nisi aliud habeat consuetudo, *num. 37.* Parochianus non potest colligere fructus, nisi prius Parochum moneat ratione Decimarum, *num. 38.* Nolenti dare Decimas Parochus non potest vim inferre, nec Sacramenta negare, *num. 39.* Decimæ quibus personis solvendæ sint? *T. 30. num. 29. & seqq.* Jure Divino debentur Clericis Ecclesiæ Ministris, *num. 92.* Et quidem hodiè Jure Communi Parochis, *num. 93.* Decimæ prædiales pertinent ad Parochum loci, in quo Prædia existunt, *num. 94.* Nisi aliud habeat consuetudo, *num. 95. & seqq.* Parochus proprio non fit injuria, si Decimæ Prædiales alieno Parocho solvantur, *num. 98.* Personales debentur Parocho, à quo quis recipit Divina, *num. 99.* Parochi habent fundatam intentionem in Jure super Decimis contra quemvis, *num. 100.* Ob quam tamen Decimas alienas invadere non possunt, *num. 101. & seqq.* Quando dividitur aliqua Parochia, remanent Decimæ prædiales apud matricem, nisi aliter ordinet Episcopus, *num. 104. & seqq.* Non est necesse, ut Episcopus omnes Decimas novæ Parochiæ assignet, *num. 106.* Episcopus debetur quarta de singulis Decimis, *num. 107. & seqq.* Enumerantur casus in quibus Episcopo debentur integræ Decimæ, *num. 109. & seqq.* Etiam aliis Clericis Beneficiatis debentur Decimæ, & quando? *num. 112.* Secus est de non Beneficiatis, *num. 113.* Solvi debent, etsi Clerici sint divites, *num. 114.* Vel male vite, *num. 115.* A solutione Decimarum quibus modis quis eximitur? & præcipue quomodo per Privilegia? *num. 771.* A solutione Decimarum prædialium nec per privilegium Pontificum dispensari quis potest, *num. 59. & seq.* Si quos Papa eximit, non est propriè dispensatio,

vel privilegium, *ibid.* Sed remissio Juris divini, *num. 61.* Per quam hodiè exempti sunt Regulares à solvendis Decimis Novalium, hortorum, item nutrimentorum pro animalibus, *num. 26.* An, & quid specialiter habeant Cistercienses quoad exemptionem à solvendis Decimis? *nu. 63. & seqq.* In communicatione generali Privilegiorum, non fit communicatio Privilegii exemptionis à Decimis, *num. 68.* Regulares tenentur probare exemptionis privilegium, *num. 69.* Debent dare Decimas de Novalibus, si ea aliis elocant, vel propriis sumptibus non colunt, *num. 70.* Quomodo exempti sint à Decimis hortorum, & nutrimentorum animalium? *num. 71.* Privilegia exemptionis à solvendis Decimis quomodo interpretanda? *num. 70. & seqq.* Quando & à quibus debeantur Decimæ de prædiis Regularium, casu quo aliis colenda traduntur? *num. 73. & seq.* Privilegium eximens à Decimis cessat, quando incipit esse enormiter præjudicium Ecclesiis Parochialibus, *num. 76.* Quis de hoc judicare debeat? *n. 77.* Uterius amittitur per non usum quadraginta annorum, *nu. 78. & seq.* Item translatio & pacto, *n. 80.* Si fiat cum consensu legitimorum Superiorum, *n. 81.* Compensatio notitia de Privilegiis Religiosorum quoad exemptionem à Decimis, *n. 82. & seqq.* Laici per nullam consuetudinem eximi possunt à solvendis Decimis, *num. 86.* Nisi adit consensus Papæ, *num. 87.* Solvuntur objectiones, *num. 88. & seqq.*

3. Decimarum, ac decimandi jus quibus modis acquirere possint Clerici? *T. 30. n. 116. & seqq.* Quando acquirere privilegio, *n. 116.* Transfatione & compositione, *num. 117.* Quomodo? *num. 118.* Transactio super Decimis extendit se etiam ad futuras, *num. 119.* Clerici etiam per compromissum acquirunt Decimas, *num. 120.* Et quando? *ib. & n. seq.* Item permutatione, *n. 122.* Et Donatione, *n. 123.* Et quomodo? *ibid.* Item prescriptione, *n. 124.* Ad quam inter presentes requiritur Decennium, Vicennium inter absentes, si fiat contra Laicum, vel causam non privilegiatam; quantum tempus requiratur, si fiat contra Ecclesiam, vel causam piam? *n. 126. & seq.* Quid juris, si Parochus præscribat Decimas de bonis sui Parochiani in alia Parochia existentibus, *num. 128. & seqq.* Decimas Laici quomodo acquirere & percipere valeant? *T. 30. n. 130. & seqq.* Nulla ratione possunt acquirere jus decimandi, *nu. 130. & seqq.* Nisi privilegio Summi Pontificis, *num. 132. & seq.* Episcopi & alii Ecclesiæ Prælati olim poterant Laicis dare Decimas in feudum; hodiè non possunt, *n. 134.* Decimæ olim Laicis per Episcopos concessæ, licitè etiam hodiè ab eis retinentur, *num. 135.* Quivis Clericus absque ulla juris solemnitate potest Decimas suas elocare Laicis ad tres annos, *n. 136.* Non item ultra triennium, *num. 137.* Laici nulla etiam immemoriali consuetudine vel prescriptione acquirere valent Jus decimandi, *n. 138. & seq.* Qua ratione Laici hodiè fruuntur Decimis? *n. 141.* Multum refert an Laicus Titulo prescriptionis, an verò Jure præsumpti Tituli possideat Decimas? *nu. 142.* Laicus respiciens Decimas absque justo Titulo ab antecessoribus fuisse acquisitas, vel immemoriali tempore nondum possideri, eas dimittere debet, *n. 143. & seq.* Laici Jus decimandi, quod habent, in alios transferre possunt, *n. 145. & seq.* Decimarum Judex in petitorio est Ecclesiasticus privativè, *T. 30. n. 159.* Exceptis Decimis Laicalibus, *num. 160.* In possessorio, quando tam Actor, quam Reus, vel saltem Reus est Persona Ecclesiastica, Ecclesiasticus judicat, *n. 161.* Si Reus in possessorio est Laicus, etiam Laicus potest esse Judex, *n. 162.* In questione facti, Laico existente Reo, ac in possessorio, non privativè

RERUM ET VERBORUM.

vè pertinet Causa ad Judicium Laicum, sed datur locus præventioni, etque mixti fori, *num. 164. & seqq.* Allegantur statuta, & Concordata Bavaræ, *num. 166.* Decimas ad triennium, sed non ultra quis Clericus potest, *num. 136.* Decimarum actio non requirit sui nominis expressionem, *num. 167.* Tradatur de plano, & simpliciter, *num. 168.* In causa Decimarum condemnatis ad solvendas Decimas non datur appellatio suspensiva, bene tamen devolutiva, *num. 169.* Limitatur in tribus casibus, *num. 170.*

R. J. Decimæ Novalium primo triennio pertinent ad Parochum, *C. II. R. XIII. num. 4.* Conceduntur eidem, cui conceditur perceptio Decimarum indistinctim, *R. LIII. num. 5.* Decimas fraudantes Clerici seculares, vel Religiosi, quam poenam incurrant, *R. XV. n. 16.*

DECISIONES, DECISORIA.

1. Decisiones Rotæ, Vide infra, *ψ. Rota Romana.*
2. Decisoria Judiciorum quæ? *T. 1. num. 224.* Quoad hæc attenduntur Consuetudines, & Statuta litigantium, *n. 227. & 228.*

DECLARATIO.

1. Declaratio legis jam ab initio censetur legi inuisse, *P. num. 132.*
Declarations Cardinalium quæ? *P. nu. 124.* Est prohibitum in Decreta Concilii Trid. Glossas, ullumve interpretationis genus edere, *ibid.* Præter Sacram Congregationem Cardinalium, *nu. 125.* Declarationes Cardinalium fidem non faciunt, nisi afferantur in forma authentica, *nu. 126.* Nec tamen frustra allegantur in libris, & cur? *num. 127. & 128.* Declarationes Cardinalium Sac. Concilii Trid. Interpretum quam vim obligandi habeant? *n. 129. & seqq.* Quæ soleant publicari vel non? *nu. 134. & 135.* Recipiuntur reverenter à Rota Romana, *n. 136.* Quando sint applicabiles ad alios calus particulares? *n. 137.*
2. Declarationes Cardinalium obligant sine promulgatione, *T. 35. n. 75.*

DECRETALE, DECRETUM.

1. Decretalis Epistola quæ? *T. 2. n. 10.* Vocatur alio nomine *Rescriptum, ibid.*
Decretum Gratiani quando compilatum? *P. num. 56.* Ejus emendatio sub Gregorio XIII. facta, *nu. 55.* Quomodo dividatur? *num. 59.* An & quando auctoritatem vimque habeat obligandi? *P. num. 63. & seqq.* Leges Civiles in Decretum Gratiani relatæ, an per hoc censentur Canonizatæ? *n. 68.* Emendationem Decreti Gratiani confirmavit Gregorius XIII. non verò omnia in ipso contenta, *num. 70.* Contenta in Decreto Gratiani revocantur ad suam primævam auctoritatem, *nu. 73.* Sex generatim in Decreto illo continentur, & quæ? *num. 74. & seqq.* Cur nonnulla Capitula Decreti Gratiani inscribantur *Palea?* *n. 83. & seqq.* Decretum quid? *T. 2. n. 9.* Sumitur pluribus modis, *ibid.*
2. Decretum primum, seu missio in possessionem ex primo Decreto, quid? *T. 15. num. 2.* Ejus requisita, *num. 8. & seqq.* Decretum secundum, seu missio in possessionem ex secundo Decreto quid? *num. 4.* Vide *Missio.* In actionibus realibus non est opus secundo Decreto, *num. 31. & seqq.* Potest tamen imperari ad Cavelem, *num. 33. & 34.* In actionibus personalibus opus est secundo Decreto ad acquirendam veram bonorum possessionem, *n. 35.* Est in arbitrio Judicis, quo tempore missionem ex secundo Decreto facere velit, *num. 36.* Potest illud præsertim ob nimiam contumaciam rei in ac-

tionibus realibus interponi antè lapsum anni, *num. 36. & 37.* Et tunc actor incipit lucrari fructus, veluti verus possessor, *num. 38.* Idem fieri potest in actionibus personalibus, sed ordinariè expectatur annus, *num. 39.* Decreti primi effectus sunt plures, *T. 15. num. 40. & seqq.* Per illud acquirit actor custodiam & detentionem bonorum, *num. 40.* Item Indictum, *Næ vis fiat ei, num. 41.* In actionibus personalibus missus ex primo Decreto in bona Rei contumacis, non acquirit veram eorum possessionem, *n. 42.* Utrum in actionibus realibus id fiat, variant Doctores, *n. 43. & seqq.* Negativa est communis, *n. 44. & seqq.* Vide infra, *Missio.*
5. Decreta S. Congregationis de applicatione Missarum à Parochis facienda, *T. 3. n. 310. & seqq.*

DEFECTUS.

4. Defectus Dotis competentis. Vide *Dotis competentis defectus.*

DEFENSIO, DEFENSOR.

1. Defensor dicitur ex parte Rei, Procurator ex parte Actoris, *T. 38. n. 1.*
5. Defensiones, Copiæ Actorum, & Advocatus non dantur Reo antè ipsius examen, *T. 1. nu. 407.* Defensores Hæreticorum qui, & quibus poenis subjaceant? *T. 7. n. 250.*
R. J. Defensio est juris naturalis, *C. II. R. XX. n. 3.* Defensio non relatione criminum, sed innocentia fieri debet, *R. XXXII. n. 16.* Defensionibus pluribus, etiam contrariis uti nullus Reus prohibetur, non quidem simul, sed successivè proponendo, *R. XX. fallit si de mendacio convictus fuerit, ibid. num. 10. & seqq.*

DEFINITIO.

2. Definitio omnis in Jure est periculosa, & quomodo? *T. 19. num. 3.*

DEFLORATIO.

4. Defloratio puellæ an, & quando inducat obligationem ducendi, vel dotandi defloratam? *T. 1. nu. 70. & seqq.* Facta absque metu, vel importunis precibus, & fraude, nec ad ducendum, nec ad dotandum obligat in foro interno, *ibid.* Qui solo, vi, ac gravi metu injustè inculpato virginem etiam absque spe Matrimonii ad copulam inducit, eam ducere, vel dotare tenetur, *num. 71.* Ad idem tenetur, qui importunis precibus aut blanditiis copulam obtinet, *num. 72.* Si præsertim proces sunt à Superiore, *num. 75.* Si puella nullum damnum patitur, deflorans in foro interno antè sententiam Judicis ad nihil tenetur, *num. 76.* Bene tamen post sententiam Judicis, *num. 77.* Si delictum occultum ipse deflorator propalat, tenetur ad restitutionem damni inde secuti, etsi puella ad copulam liberè consenserit, *num. 78.* Qui vi, metu, dolo, importunis precibus obtinet copulam ab aliqua, quæ virgo amplius non est, nec communiter pro tali habetur, ordinariè ad nihil tenetur, *num. 79.* Idem est de puellis male famæ, & vitæ, *num. 80.* Et quid de ancillis, & famularibus capsonum? *ibid.* Puellæ statuta tantum, non item viæ & moribus vitæ, æquæ ac alii satisfieri debent, *num. 81.* Etiam corruptæ, si reversæ detrimentum injustè patitur, *num. 82.* Seducens vi, fraude, metu, aut importunis precibus prius jam corruptam, communiter tamen putatam virginem, tenetur eam ducere, vel dotare, *num. 38.* In foro externo quævis præsumitur virgo, *num. 84.* Et

seducta, num. 85. Hinc puellæ in dicto foro habent favorabilem causam, num. 86. Absque promissione Matrimonii seducens puellam, non tenetur eam simul ducere & dotare, sed sufficit alterutrum, num. 87. & seq. Si tamen parentes, aut seductæ matrimonium recusent, tenetur eam absolute dotare, n. 89. Dos restituenda seductæ quomodo in foro externo regulatur, & mensuretur, n. 91. & seq. Vide etiam Dotare an, & quomodo teneatur deslorans, vel seducens puellam?

DEFORMITAS.

1. Deformitas corporis, & deformes qui? T. 20. n. 6.

DEGERE.

1. Degere extrâ Clausura qui Religiosi censeantur? T. 31. n. 112. & seqq.

DELEGARI, DELEGATIO, DELEGATUS.

1. Delegari generatim possunt omnes causæ quæ ad jurisdictionem Delegantis pertinent, T. 29. nu. 74. Nisi specialiter sint exceptæ, n. 75. Aut in eis fuerit electa industria personæ, n. 74. & 75. Delegari an possint causæ meri, & mixti Imperii? num. 78. & seqq. Etiam ea quæ sunt potestatis Ordinis delegari valent, dummodo is cui fit delegatio, habeat ordinem competentem, num. 84. & seqq. Delegatio personalis finitur morte Delegati, n. 126. Secus dicendum in delegatione reali, n. 127. In dubio an censetur esse delegatio personalis, vel realis, num. 128. Delegationem quis possit revocare? n. 126. & seqq. Revocatio factæ delegationis non antea sortitur effectum, donec sit Delegato intimata, n. 141. Nisi princeps aliud expresse declarat, nu. 142. Vel præjudicium tertio sequatur, n. 143. Delegatus Papæ est major quolibet Ordinario quoad causam sibi commissam, n. 1. Potest & totam causam, & partem ejus subdelegare, n. 76. Notabilis differentia inter hunc duplicem subdelegandi modum, n. 77. Delegatus, seu datus per Litteras invalidas habet potestatem cognoscendi in dubio, an ipse sit Judex, necne? n. 133. An talis de consensu partium possit in causa procedere? n. 134.

1. Delegatus an possit revocare sententiam suam? T. 27. nu. 33. & seqq. Delegatus ubi sedere possit pro Tribunali, seu Jus dicere, n. 63. Delegatus Papæ, vel aliorum, an possit exequi suam sententiam? n. 169. & seqq. A subdelegato, an appelletur ad Delegatum subdelegantem, vel ad primum delegantem? T. 28. n. 61. Delegatus an possit reformare sententiam suam de jure nullam? n. 29. & 30.

3. Delegare potestatem conferendi Beneficium vacaturum Collator Ordinarius non potest, T. 8. nu. 47. & seqq. Bene verò Beneficium vacans, n. 50. Jus præstandi ad Beneficium vacaturum non potest delegari potestas, n. 49.

5. Delegatus ad formandum processum criminalem quis, & quomodo fieri possit apud Regulares? T. 1. num. 341. Quid ante omnia facere debeat delegatus? num. 342. Et an præcedat in Conventu Superiorum localem? n. 343.

DELIBERARE.

3. Deliberandi jus quid, & cui competat? T. 26. num. 507. & seqq.

DELICTUM.

1. Delictum Prælati non debet in Monasterii detrimentum redundare, T. 1. n. 227.

2. Delictum in confinio duorum Territoriorum commissum, à quo Judice puniri possit? T. 2. nu. 74. & seqq. Ratione delicti sortitur quis forum, & qualiter? n. 74. & seqq. Vide Judex delicti. Unum delictum plures Personas tangens, unicuique attribuitur in solidum, n. 78.

5. Delicta non debent manere impunita, T. 22. n. 5. Delicta puerorum. Vide Puerorum Delicta.

R. J. Delicta non debent manere impunita, C. II. R. XXX. num. 9. 19. R. LII. n. 14. Delicta atrociora severius sunt tractanda, C. II. R. XLIX. n. 8. Delictum Personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare, C. II. R. LXXXVI. nu. 2. & c.

DENUNCIARE, DENUNCIATIO, DENUNCIATOR, DENUNCIATUS.

4. Denunciations Matrimoniales quid? Tit. 3. num. 3. Datur gravis obligatio præmittendi eas Matrimonio, num. 4. & seq. Tribus diebus festivis continuis, & quomodo? num. 6. & seq. Debent fieri in utraque Parochia sponforum, num. 8. Alia de denunciatione in loco Parochiæ, num. 10. & seqq. Quandoque fieri debeant in loco natiuitatis? nu. 14. Denunciations non requiruntur ad valorem, num. 15. & seqq. Denunciations dispensando remittere potest Episcopus, num. 17. & seqq. Ex iusta causa quis possit? T. 3. num. 18. Enumerantur iustæ causæ circa hoc, nu. 19. & seqq. Antè dispensationem debet cognoscere de causa, num. 20. & seqq. Nominè Ordinarii venit etiam Vicarius Generalis, nu. 33. & seqq. Potest Ordinarius cum utroque dispensare, etiam unus sit alterius Diocesis, num. 36. Parochi non possunt dispensare in denunciationibus Matrimonialibus, num. 37. & seqq. Bene verò declarare, eas non obligare, num. 39. & seqq. In denunciationibus an teneatur Episcopus dispensare, n. 41. & seqq. Postquam Denunciations factæ sunt, tenetur sponsi post quatuor Menses contrahere, vel novas denunciations procurare, nu. 43. Tenetur etiam quisvis revelare impedimentum, quod inter sponfos vigere scit, num. 49. Denunciations omittentium poenæ, T. 3. num. 50. Etiam ex parte Parochi, num. 51.

5. Denunciatio quid, & quotuplex? Tit. 1. nu. 58. Denunciatio Canonica quid? num. 147. Ad eam quinam teneantur? *ibid.* Denunciatio civilis quid? & cuius effectus? num. 148. Denunciatio Evangelica quid? & quænam requirantur ad eam? num. 60. Prærequiritur ad eam monitio, seu Correctio fraterna, num. 62. Et quidem Jure Divino, num. 63. Nisi crimen jam sit notorium, num. 65. Vel vergat in præjudicium Communitatis, vel Tertii, monitione non avertendum, num. 66. Vel si monitio nihil profutura videtur, num. 67. Vel momenti præjudicialis, num. 69. In Religionibus, præsertim nostrâ, ordinariè loquendo, ad denunciandum nulla prærequiritur monitio, vel correctio fraterna, num. 70. & seqq. Denunciatio Evangelica vocatur etiam fraterna, Paterna, T. 1. num. 61. Denunciare Evangelicè quis potest, num. 77. Et quidem quodvis peccatum occultum, nemini nocivum, num. 78. Denunciandi Evangelicè tenetur Judex se accommodare, num. 74. Nisi crimen jam sit notorium, num. 75. Vel nocivum Communitati, aut Tertio, num. 76. Denunciare Evangelicè quis tenetur, numer. 79. Nisi adsit causa excusans, num. 82. Denunciatio Judicialis quid, & quotuplex? numer. 83. Alia est publica, alia privata, alia criminalis, num. 84. Quomodo fieri debeat? & quæ requirantur ad eam? numer. 94. Denunciator judicialis tenetur denominare testes, & media probationis suggerere, numer. 95. Not

item probare delictum, nu. 96. Et ad denunciationem judicialem non requiritur prævia Correctio Evangelica, nu. 96. & seqq. An prærequiratur Monitio? nu. 104. & seqq. Denunciationem Judicialem facere an & quando quis teneatur? num. 106. Debet denunciari delictum Communitati, vel Tertio præjudiciali, *ibid.* Nisi spes certa appareat, damnium sola correctione fraterna averti posse, n. 107. Si delictum Communitati, vel Tertio præjudiciali probari nequit, nemo tenetur illud judicialiter denunciare, nu. 108. Bene verò monere Judicem, ut invigilet, & inquirat, num. 109. & seqq. Delicta notoria, & manifesta debent denunciari, nu. 113. Etiam subinde occulta, nemini præjudicialia, num. 115. Deductio practica, quod sæpe fieri debeat denunciatio judicialis, præsertim in Religionibus, ubi Judex tenetur ex officio inquirere de delictis manifestis, num. 114. Denunciationem judicialem facere quis possit & teneatur? Et quando excusetur ab ea, compendiosa notitia, num. 118. Denunciationis judicialis respectu Judicis effectus quinam? num. 125. Eâ ritè facta debet Judex instituire processum, *ibid.* Et custodiæ causa carcerare denunciatum, si suspectus sit de fuga, vel ne subornet testes, num. 125. Quæ carceratio apud nos debet fieri cum consilio peritorum in Conventu, num. 129. Denunciationis judicialis effectus respectu denunciati quinam? num. 130. Denunciatus judicialiter pendente denuncatione non potest promoveri ad dignitates, vel ordines, nec potest esse testis, vel accusator &c. nu. 130. & seqq. Nisi crimen sit leve, n. 133. Vel manifestè appareat eam fieri ex calumnia, n. 134. Vel contra formam debitam, nu. 135. Aut tantum civiliter, num. 136. Vel post lapsum unius anni, n. 137. Denunciatio non impedit administrationem, & jurisdictionem Officii, vel Dignitatis prius habitæ, n. 138. & seqq. Nec facit ineligibilem, n. 140. Nisi infamia præcesserit, n. 149. Denunciatus judicialiter tenetur sub peccato mortali fateri veritatem legitime interrogatus, n. 142. Confessus, vel convictus condemnatur ad poenam ordinariam, n. 143. Vel extraordinariam, n. 145. Denunciator Evangelicus potest esse testis in processu, sicut etiam denunciator judicialis ex officio, n. 226. & seqq. Non item denunciator judicialis voluntarius, n. 228. Bene verò denunciator necessarius, nu. 229. Ductio practica ad depositum, n. 230. Denunciator, vel accusator criminalis in probatione deficientis præsumitur calumniator, subjacet poenæ, & quibus? T. 2. n. 3. & seqq.

DEPOPULATOR.

3. Depopulator agrorum quis sit? & quando crearet alyo? T. 49. n. 97. & seqq.

DEPOSITARIUS, DEPOSITUM, DEPOSITIO.

3. Depositarius tenetur de dolo, & culpa lata, non item levi, T. 16. n. 25. Nisi fuerit conventum, n. 26. Vel quis le ipsum deposito obtulerit, num. 27. Aut mercedem receperit, num. 28. Vel sit in mora, num. 29. Conventio, ne dolo præstetur de futuro, est nulla, num. 30. Valida de præterito, n. 31. An teneatur potius salvare res depositas, quam proprias? num. 40. & seqq. Quid si propriæ, vel alienæ sint pretiosæ? *ibid.* Depositum quid & quotuplex? nu. 2. & seqq. Judiciale vocatur etiam sequestrum sive sequestrato, num. 5. Depositum privatum quid? n. 7. & quotuplex? n. 8. & seqq. Obligaciones Depositarii, num. 11. Tenetur ea diligentia illud custodire, quâ proprias res, num. 11. Nec potest uti re deposita, num. 12. Sine consensu deponentis, n. 13. Tenetur easi repolent sine mora restituere,

num. 14. & seqq. Etiam antè tempus statutum, n. 16. Contra depositum non admittitur compensatio, vel deductio, num. 17. Etiam aliter fuerit conventum, num. 18. Quid in foro conscientie, num. 19. Enumerantur casus in quibus depositum non statim est restitendum, num. 20. & seqq. Qualiter probetur depositum casu deperisse, n. 45. & seqq. Quid si notoriè constet de casu fortuito? num. 47. Ecclesia, vel Monasterium, an teneantur ex deposito penes Rectorem, num. 49. Præsertim, si Capitulum consensit, num. 50. Aut res deposita in utilitatem Ecclesiæ fuerit conversa, num. 51. Actio ex deposito quæ oritur? n. 52. & seqq.

5. Depositio simplex, seu verbalis quid? cuius effectus? & ob quæ crimina contrahatur? T. 37. nu. 22. & seqq. Subinde tantum ex parte imponitur, num. 24. Deponendus ab officio, deponitur etiam à Beneficio, *ibid.* Sed non è contra, num. 24. Depositio in Jure absolute prolata indicat Depositionem verbalem totalem ab omni munere Clericali, num. 25. Beneficio, & officio, num. 26. Depositio quomodo differat à privatione Beneficii & suspensione, num. 27. Depositio verbalis ex natura sua est perpetua, num. 28. Circa quæ nihilominus certis in casibus dispensare potest Episcopus, *ibid.* ob quæ crimina quis incurrat poenam Depositionis, nu. 30. Depositio realis, vel Degradatio quid? & ob quæ crimina imponatur? num. 31. & seqq. Ad eam semper requiritur sententia Judicis, num. 33. Et per illam, non item per verbalement, amittitur privilegium fori, & Canonis, num. 34. Secundum aliquos imponitur ob quodvis crimen, ultimum supplicium secum trahens, n. 35. Rejicitur hæc opinio, n. 36. Et concluditur, eam ob sola crimina in Jure expressa incurri, n. 37. Allegantur hæc crimina, nu. 38. Depositio tam verbalis, seu simplex, quam realis, seu Degradatio, à quibus, & quomodo fieri possit, ac debeat? num. 39. & seqq. Simplex fieri potest ab Episcopo, & vacante Sede à Capitulo, ac utriusque Vicario Generali ex speciali mandato, *ibid.* Realis verò, seu degradatio à solo Episcopo, num. 40. Utraque fieri debet assistente certo numero Prælatorum, & quorum? numer. 41. Qui non tantum consultivum, fed etiam decisivum votum habent, n. 42. Ita ut unanimis eorum consensus requiratur, n. 43. & seqq. Modus & forma, quæ in degradatione reali servari debet, num. 45. Dum degradatus traditur Curie seculari, debet præmitti intercessio seria contra poenam mortis, eam tamen omittens non est irregularis, num. 46. Differentia inter Depositionem simplicem, & Degradationem, n. 47. & seqq. Dum Degradatus traditur Curie seculari, non potest Judex Laicus petere, & examinare processum Episcopi, num. si ritè factus, num. 49. Nec instituire novum processum, si delictum est merè Ecclesiasticum, num. 50. Bene verò si est mixti fori, n. 51.

DEROGATIO.

1. Derogatio Legis quid, & quomodo differat ab abrogatione, & Irritatione Legis? T. 2. num. 484. & seqq.

DESTITUTIO.

3. Destitutio Testamenti quid, & quomodo fiat? T. 26. num. 9.

DETERIORATIO.

3. Deterioratio rei Emphyteuticæ, an & quando privet Emphyteusi? T. 18. n. 277.

DETRUSIO.

5. Detrusio in Monasterium poena hodiè mutata est

ad Triremes, vel perpetuos carceres, T. 20. n. 28.

DEVOLUTIO.

3. Devolutionis Jure quomodo conferantur Beneficia? T. 5. num. 157. & seqq.

DEUS.

1. Deus est unus, verus & æternus &c. T. 1. n. 84. & seqq. Homines in sacra scriptura quandoque vocantur Dii, & quomodo? n. 84. Diabolus vocatur Deus hujus sæculi, quomodo? num. 95. Prioritas Originis in Divinis quid importet? num. 93. Deus est Creator omnium visibilium, & invisibilium, num. 95. & seqq. Quomodo creaverit omnia simul? num. 97. Deus dicitur pro nobis passus, crucifixus, mortuus, &c. n. 120. & seqq. Idque ob communicationem Idiomatum, & cur? n. 121. & seqq.

DIABOLUS.

1. Diabolus vocatur Deus hujus sæculi, T. 1. n. 95. Diaboli lapsus ostenditur, num. 98. & 99. Diaboli non sunt ex natura sua mali, sed à Deo creati boni, *ibid.* Cur solius hominis lapsus, non item Diaboli, seu Angelorum peccantium redemptio facta fuerit? num. 103. & seqq.

DIACONISSE.

1. Diaconisse quæ? T. 11. num. 58.

DICTA, DICTIO.

1. Dicitio, vel *circa*, quantum temporis importet? T. 9. n. 64. Dicitio A. quando stet exclusivè, vel inclusivè? n. 74.
2. Dicta testium benignè sunt interpretanda, ne perjurii reatu notentur, T. 20. nu. 321. Dicitum unus facile sequitur multitudi, n. 361.
3. Dicitio quælibet in lege debet aliquid operari, T. 37. n. 16.

DIDICITA.

2. Didicita testificata quando dicantur? T. 20. n. 454. & seqq. Vide Testificata.

DIES.

1. Diei festivi nomine, quo possunt conferri Ordines minores, ac virtute privilegiorum etiam Majores, an comprehendatur festum duplex? T. 11. nu. 52. Notabilis declaratio Sacræ Congregationis quoad hoc, num. 55. Dies festos ab ordinariis præceptos tenentur Regulares etiam exempti servare, & qua ratione? T. 31. n. 127.
2. Dies more Romano à media nocte incipit, Tit. 9. n. 18. Dies naturalis & artificialis quando incipiat? num. 18. & 19. Dies festi quando incipere debeant? num. 17. Præceptum de observandis diebus festis datur, num. 11. & seqq. Vide *feriæ*. Dies tota cedit citato, T. 14. n. 71.
3. Dies cæpta, quando habeatur pro completa? Tit. 31. num. 95. Dies interpellat pro homine, Tit. 23. num. 45.
4. Dies interpellat pro homine, T. 1. n. 141.
R. J. Dies interpellat pro homine, C. II. R. XXXI. num. 6.

DIETA.

3. Dieta quid? T. 5. n. 453. & T. 40. n. 27.

DIFFAMATIO.

2. Diffamationis Judicium. Vide infra, *ψ. Lex diffamari*.

DIFFICILE.

- R. J. Difficilia non reputantur inter impossibilia, C. II. R. VI. num. 10.

DIFFINITOR.

1. Diffinitor in ordine fratrum Minorum, qui non vult convenire in Diffinitorio, est privatus officio suo, neque fit subrogatio alterius Patris, T. 6. n. 199.

DIGNITAS, DIGNUS.

1. Dignus & dignior respectu Beneficii Ecclesiastici qui? T. 6. num. 235. Major dignitas eligendi unde mensuranda? nu. 236. Non nisi digni eligendi sunt ad Prælaturas, & Beneficia Ecclesiastica, nu. 237. Peccant mortaliter, qui nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles judicaverint, ad Ecclesiæ promovent, num. 238. & 239. Ac procedit illud non solum in Episcopis, sed etiam in habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem, num. 240. Imò & in promovendis ad Ecclesiæ Parochiales, num. 241. & seqq. Saltem quando promovetur quis ad Beneficium omnino notabiliter digniori, secus, si excessus sit modicus, num. 246. Et quid dicendum de Beneficiis simplicibus? num. 247. *Dignus, Dignior*, hæc verba in Concilio Tridentino, sunt idem, num. 245. Eligentium indignum quæ sint præz à Jure statuta? Tit. 6. num. 251. & seqq. Vide *Eligentes*.

2. Dignum magis trahit ad se minus dignum, T. 1. nu. 73. Primò nominatus, censetur cæteris dignior, T. 22. n. 283.

3. Dignior quis fit? & an præsentari debeat? T. 38. n. 77. & seqq.

3. Dignitas quid? T. 5. num. 33. Dignitates majores, & principales, quæ vi Concordatorum Germanicæ retulerantur Papæ, quæ? n. 550. & seqq.

- R. J. Dignitas, & honor sunt præmium virtutis, C. II. R. LXXXVII. n. 5.

DILATIO.

2. Dilatio quid, & quotuplex? T. 8. num. 2. & seqq. Dilatio generatim, n. 3. Et judicialis, quæ? numer. 2. Hæc debet continere justum temporis intervallum, num. 4. Conceditur tam actori, quam Reo, num. 5. Dilationes judiciales sunt multiplices, quarum viginti quatuor recensentur, num. 6. & seqq. Dividuntur ex parte causæ efficientis in dilaciones legales, num. 10. & 11. Judiciales, seu arbitrarías, num. 12. & in conventionales, & quid sint? num. 13. Spectando tres judicii partes, qualiter dilaciones dividantur? num. 14. & 15. In præsentii Titulo solum agitur de dilacionibus citatoris, & deliberatoris, num. 16. Nec tamen is congruè huc collocatus fuit, num. 17. Referuntur causæ, ob quas concedi solent dilaciones, num. 18. Dilationum materia ubique est amputanda, & qualiter? num. 19. Dilatio petenda est, & concedenda à Judice pro Tribunali sedente, & causæ cognita, &c. num. 20. Quid, secus si fiat, & pars adversa non contradicat? n. 21. Dilaciones, & feriæ in quo differant? T. 9. num. 2. Dilatio Citatoria quid? T. 8. num. 22. Ejus terminus non debet esse nimis brevis, n. 23. & 24. Quid, si necessitas aliud requirit? num. 25. Citatus una vice non peremptorie, si non compareat, post intervallum saltem decem dierum, iterum citandus est secunda, & tertia vice, num. 26. & 27. Potest tamen Judex moderari dictum terminum dilacionis citatoris, nu. 28. Enumerantur causæ justæ abbreviandi intervalla citationum, n. 29. Atque easdem prolongandi, num. 30. Termini citationum à Jure constituti, hodiè communiter non servantur, n. 31. Omnes

Omnes dilaciones hodiè videntur arbitrarie, & quomodo? num. 32. Dilaciones deliberatoris, quæ? T. 8. n. 23. Dantur Reo, non actori, & cur? nu. 34. Limitatur hoc posterius, num. 35. Tempus dilacionum deliberatoriarum, de Jure est viginti dierum, num. 36. An istos possit Judex minuire? n. 37. & seqq. Ex causâ rationabili potest illud tempus prolongari, num. 40. Dilatio deliberatoria non datur Reo, quando per Litteras citatorias potuit plenè instrui, ac deliberare, num. 41. Præctica excludendi dilaciones deliberatorias, ejusque declaratio, num. 42. Dilatio probatoria quid? num. 43. De Jure communi quale tempus habeat pro termino? num. 44. Tempus ejusmodi censetur arbitrarium, & qualiter? num. 45. Quoad concedendas Dilaciones probatorias est servanda æqualitas inter actorem & Reum, nu. 46. Dilaciones probatorias in causis criminalibus Reo ter, ac actori bis conceduntur, n. 47. In causis verò civilibus regulariter sunt peremptoria, nec nisi semel conceduntur, nu. 48. & seqq. Fallit hoc posterius, si antea aderat justum impedimentum probandi, num. 52. Vel si novæ probationes supervenerint, num. 53. Et tunc potest concedi dilatio probatoria, non solum secunda, sed etiam tertia, & quarta, n. 54. Ad quartam tamen requiritur solemnitas legalis, & qualis? n. 55. Hæredi, vel successori alterius indistinctè nova dilatio data est, *ibid.* Plures illæ dilaciones conceduntur gradatim ex gravi causa, num. 56. Valet dilatio probatoria, quæ datur partibus presentibus, & non contradicentibus, num. 57. Imo potest omitti solemnitas legalis ad quartam requisita, *ibid.* Dilaciones diffinitoria, quæ? num. 59. Hæc non sunt peremptoria, potestque Judex sententiam differre in sequentem diem, nu. 60. Dilaciones executoris quæ? & quantæ sint? num. 61. & seqq. Hæc in actionibus regulariter sunt quatuor mensium, nu. 63. Potest tamen Judex istud quadrimestre ex causâ abbreviare, vel prorogare, n. 64. Non habent locum in actionibus realibus, n. 65. Dempto certo casu, num. 66. Nec in actionibus criminalibus, n. 67. Fallit hoc in certis casibus, n. 68. & seqq. Dilacionis prorogatio quid? n. 71. Non fit nisi termino prioris dilacionis, nu. 72. Nequit prorogari prima dilatio probatoria, num. 73. Benè tamen quarta ex causâ legitima, num. 74. Sicut & aliæ à Judice datæ, nu. 75. Judex post elapsum prioris dilacionis terminum, an possit invita parte alium concedere? num. 76. Dilacionis effectus primarius est, quòd ea pendente conqueat officium Judicis, num. 77. Limitatur hoc, num. 78. Alius dilacionis effectus, num. 79. Tempora dilacionum sunt continua, num. 80. Dilatio absentis concessa non currit, nisi à die intimationis, num. 81.

4. Dilatio sponsaliorum quando solvat illa? Tit. 1. num. 216.

DIMINUTIO.

3. Diminutio Beneficiorum quot modis fiat? Tit. 12. n. 2. & seqq. Fit per impositionem oneris, num. 4. Estque prohibita, num. 5. An possit Prælatum cum Capitulo imponere onerum Prælatu, n. 6. & seqq. A noviter receptis ad Beneficia nihil potest recipi, n. 12. & seqq. Nec valet consuetudo in contrarium, *ibid.* & n. 15.

DIOECESANI, DIOECESIS.

1. Dioecesiani nomine quis veniat? T. 31. nu. 3. & 4. Ob identitatem rationis hoc nomen quandoque extenditur ad alium ordinatum, nu. 5. Dioecesis nomen in materia strictè interpretationis, non comprehenditur Civitas Episcopalis, T. 3. n. 124.

2. Dioecesis suæ appellatione, in dubio intelligitur Dioecesis domicili, T. 2. n. 25.

4. Dioecesis nomen debet exprimi in supplicatione, A. num. 213. Exprimitur in Litteris Apostolicis, num. 205. & seqq.

DISCIPLINA.

1. Disciplina Ecclesiastica quæ? T. 4. n. 57. Cur appellatur, *Nervus Disciplina Ecclesiastica?* *ibid.*

DISCRETIO.

4. Discretio est mater omnium virtutum, A. n. 314.

DISMEMBRATIO.

3. Dismembratio Beneficii quid? T. 12. num. 24. Est prohibita, n. 25. Valet tamen ex justa causa, n. 26. Et quæ hæc? nu. 27. & seqq. An & quando ad eam requiratur consensus Capituli? n. 29. Requiritur ad eam vacatio Rectoris Ecclesiæ, num. 30. Beneficia curata non possunt dismembrari, ut eorum fructus Beneficio simplici applicentur, n. 31.

DISPARITAS.

4. Disparitas cultus quid sit? & quomodo dirimat matrimonium? T. 1. n. 355. Inter fideles cum infidelibus dirimit, *ibid.* Nisi Papa dispenset, num. 356. Non item cum Hæreticis, n. 357. Est tamen illicitum Matrimonium Catholicum cum Hæretico, num. 360. & seqq. Nisi Hæreticus promittat post matrimonium fieri Catholicus, nu. 363. & seqq. Et justa causa subdit hæresis abjuratorem differendi, n. 364. Etiam in locis, ubi Hæretici cum Catholicis permixti vivunt, illicitum est matrimonium inter illos, num. 366. & seqq. Doctrina præctica circà hoc, n. 370. & seqq.

DISPENSARE, DISPENSATIO, DISPENSATUS.

1. Dispensatio quid? T. 2. n. 449. Facta sine causa, dispensatio est, non dispensatio, nu. 450. Dispensatio est vulnus Juris, ac proin strictè accipienda, num. 451. Solvitur notabilis objectio, nu. 454. Potestas dispensandi, è contrà est favorabilis, & latè interpretanda, num. 452. & T. 17. num. 28. Dummodo hæc nulli sit præjudicialis, nisi concedenti, Tit. 2. num. 453. Papa, vel Episcopus, quando possit dispensare? Vide *Papa, Episcopus*. Potestas dispensandi data est in adificationem, non in destructionem, n. 461. Dispensatio in Legge Superioris invalida est, si fiat absque justa causa, n. 478. Quid, si fiat in lege propria? n. 479. & 480. Dispensationes concessæ circà unum duntaxat actum, propriè non sunt Privilegia, & cur? T. 3. num. 30. Si pro impetratione dispensationis plures allegentur causæ motivæ, quarum una duntaxat est vera, vel falsa, an valeat dispensatio? num. 188. Vide *Rescriptum*. Dispensatus ad Ordines antè legitimum ætatem, non est dispensatus ad Beneficium Parochiale, T. 6. num. 213. Dispensationem denegante Episcopo, quando est debita, potest dispensare Archiepiscopus, T. 10. num. 20. Dispensatio cum illegitimo, est strictè interpretationis, T. 17. num. 16. & seqq. Inferuntur complura corollaria, nu. 18. & seqq. Vide *Illegitimum*.

3. Dispensare secum ipsis an possint Superiores, præsertim Papa? T. 7. nu. 90. & seqq. Item an possint suis Confessoris committere, ut ab eis absolvantur, vel dispensentur, n. 92. & seqq. Dispensatio quid? & à quo fieri possit? T. 34. n. 20. & seqq. Dispensatio super pluralitate Beneficiorum. Vide *Beneficiorum pluralitas ex dispensatione*.

4. Dispensandi potestas competens Papæ super impedi-

pendimentis Matrimonii, A. nu. 1. & seqq. Potestas dispensandi super quovis impedimento impediendo, *ibid.* Etiam ex sponsalibus, vel voto proveniente, num. 2. Item super impedimentis jure Ecclesiastico dirimentibus, num. 3. Enarrantur hæc, nu. 4. Dispensat in his validè, sed non licitè abque causa, num. 5. Nequit Papa dispensare super impedimentis Jure Divino dirimentibus, nu. 6. Recensentur hæc impedimenta, num. 7. Dispensandi potestas competens Nunciis Apostolicis quæ? A. num. 8. & seqq. Competens Episcopis super impedimentis Matrimonii, num. 10. & seqq. Possunt pro utroque foro dispensare super impedimento sacratim temporis, & vetiti, *ibid.* Item super votis non reservatis, num. 11. Minimè verò in reservatis, num. 12. Excepto casu urgentis necessitatis, num. 13. Regulariter loquendo, nequit Episcopus dispensare super impedimentis dirimentibus, num. 14. Benè verò in casu extraordinario, concurrentibus certis conditionibus, quibus? num. 15. & seqq. In nullo casu dispensare potest Episcopus jure ordinario pro foro externo super impedimentis dirimentibus, num. 19. Episcopis concedi solent speciales facultates dispensandi, etiam pro foro externo, num. 20. Enarrantur impedimenta, num. 21. Si dispensant Episcopi pro foro externo, debent aliqua necessariò observari, & quæ? num. 22. Allegantur speciales facultates & Privilegia Episcopis concedi solita, *ibid.* Debent dispensationem in scriptis expedire, & quomodo? num. 23. Secus, quando pro foro interno dispensant, num. 24. Super impedimento consanguinitatis, & affinitatis, vi specialis privilegii dispensant cum solis pauperibus, super reliquis impedimentis etiam cum non pauperibus, num. 25. Episcopus etiam vi privilegii dispensare non potest sine causa, num. 29. Quæ causæ pro foro externo sufficiant? num. 30. Debet Episcopus allegatum dispensandi causam examinare, num. 33. Ex Privilegio dispensat Episcopus in iisdem casibus, & ex eadem causa, ex qua Pontifex, num. 143. & seqq. Secus est si dispensat pro solo interno foro. Dispensandi potestas competens Capitulo, A. num. 32. Competens Vicario Generali, nequit iste sine speciali mandato Episcopi dispensare super impedimentis occultis in foro interno, super quibus potest Episcopus, numero 34. Multò minus super iis, super quibus Episcopus ex Privilegio dispensat pro foro externo, num. 35. Potest tamen Episcopus Vicario Generali communicare potestatem dispensandi, quam habet ex privilegio, num. 36. Et Jure ordinario, num. 37. & seqq. Requiritur tamen mandatum speciale, & non sufficit generale, num. 40. & seqq. Observatio practica circa hoc, num. 41. Dispensandi potestas Regularibus competens vi privilegiorum super impedimentis Matrimonii, & debiti conjugalitatis, A. num. 538. & seqq. Possunt mendicantes dispensare super quovis impedimento voti non reservati, *ibid.* recensentur talia vota, num. 539. Non possunt dispensare super omnibus, super quibus Jure ordinario possunt Episcopi, num. 540. Possunt tamen post contractum Matrimonium dispensare pro foro interno super impedimento occulto affinitatis etiam in primo gradu, num. 542. Probat ex privilegio Leonis X. num. 543. Solvuntur argumenta adversariorum, num. 545. & seqq. Consultitur moderatus usus, & utilis praxis hujus privilegii, num. 550. Privilegia dispensandi pro certis locis, num. 553. & seqq. Qualiter possunt dispensare super debito conjugali. Vide *Debitum Conjugale*. Dispensare ut possit Episcopus requiruntur plures conditiones, & quæ? A. num. 43. & seqq. Debet esse impedimentum occultum, *ibid.* Quando dicatur occultum? num. 44. & seqq. Requiritur etiam

gravis causa, seu magna necessitas, num. 47. & seqq. Necessitas debet esse urgens, ita ut ratione illius non possit haberi, vel expectari dispensatio Romæ, num. 49. Vel ab alio habente specialem facultatem, num. 50. Præsentia paupertas non facit hanc necessitatem, num. 51. Causa urgens qualis censetur? num. 52. Talis est etiam periculum incontinentiæ, num. 54. & seqq. Item requiritur, ut Matrimonium jam sit contractum bona fide, n. 57. Quando dicatur bona fide contractum? num. 58. Non sufficit mala fides unius, nu. 59. Requiritur insuper, ut præmissa sint denunciations, nu. 60. & seqq. In casu valde extraordinario potest Episcopus dispensare super occulto impedimento etiam ante Matrimonium, num. 62. Narratur talis casus, n. 63. Id etiam procedit in voto, nu. 64. Concurrentibus prædictis conditionibus potest Episcopus dispensare super quovis impedimento super quo dispensare potest, & solet Papa, n. 65. Hæc conditiones non requiruntur, quando vi Privilegii dispensat, n. 66.

4. Dispensatio super impedimento consanguinitatis à quo, ex quâ causa, in quo gradu, & cum quibus fieri possit ac debeat? A. num. 102. & seqq. Et super impedimento affinitatis, numer. 125. Et super impedimento Cognationis spiritualis, nu. 136. Super impedimento criminis cum quibus, & ex qua causa fiat? num. 138. & seqq. Item super impedimento voti? num. 141. & seqq. Dispensatio facillius fit cum Nobilibus, & divitibus, quam aliis, num. 101. Dispensatio ne sit subreptitia, vel obreptitia, quænam exprimi debeant in supplicatione? num. 147. & seqq. Vide *Exprimenda*. Dispensationes variæ, & in variis locis, ac in varia forma petuntur, & conceduntur, num. 201. & seqq. Dispensationis Papalis Litteræ. Vide *Litteræ dispensationis Papalis*. Dispensatio commissa alicui subdelegari alteri non potest, num. 353. Dispensare in radice Matrimonii quid sit? num. 358. Dispensatio in forma pauperum quid? quomodo procurari, & fieri debeat? num. 366. & seqq. Vide *forma Pauperum*. Dispensatio pro foro interno, num. 417. & seqq. Datur à sacra Pœnitentaria super solis & omnibus impedimentis occultis, num. 418. Limitatur aliquo modo quoad impedimentum Consanguinitatis, num. 419. Causæ ob quas dispensat, n. 420. Quænam in supplicatione pro solo foro interno exprimi debeant? num. 421. & seqq. Modus supplicandi pro foro interno, num. 425. Supplicationum formulæ, num. 426. Dispensatio apud Episcopum pro foro externo quomodo procurari possit, & debeat? Vide *Praxis* &c. Dispensatio apud Episcopum pro foro interno quomodo procurari possit ac debeat. Vide *Praxis*, &c. Dispensatio per Episcopum pro foro externo, & pro foro interno. Vide *Praxis capiendi informationem, & dispensationem*. Et Praxis concedendi & expediendi dispensationem per Episcopum Dispensationis Episcopalis formula pro foro externo, dum per delegatum fit, num. 505. Alia formula, quando ipse dispensat in persona, num. 507. Alia formula pro foro interno, num. 527. Dispensationem super impedimento procurare tenetur sponsus, vel sponsa ex culpa sua præbens causam impedimenti, T. I. num. 294. & seqq. Dispensare in denunciationibus quinam possint? Tit. 3. num. 17. & seqq.

5. Dispensare in pœnis post latam sententiam ordinariè non possunt Judices, & Superiores, T. 9. nu. 23. Dispensatio in Irregularitate, ut sic, à quo fieri debeat? T. 37. num. 95. & seqq. Papa in quavis dispensat, *ibid.* Episcopus quoque in quavis, quæ provenit ex delicto occulto, excepto homicidio;

cidio; num. 96. Quod idem potest Capitulum fedè vacante, *ibid.* Prælati Regulares, saltem mendicantes, cum suis subditis dispensare possunt, saltem pro foro conscientie, in quavis Irregularitate, etiam ex homicidio occulto proveniente, num. 97. Dispensatio in Irregularitate ob reiteratum Bapùsma à quo fieri possit? T. 9. num. 40. Et in pœnis abortus à quo? T. 10. num. 22. & seqq. In Irregularitate ex homicidio secuta, & quavis alia dispensat Papa, T. 12. num. 215. & seqq. In secuta verò ex homicidio sive injusto, sive iusto autoritate publica commisso dispensare nequit Episcopus, num. 217. & seqq. Benè verò in Irregularitate secuta ex homicidio ob sui & aliorum defensionem facta, non servato moderamine inculpatæ tutelæ, num. 221. & seqq. Sicut etiam in secuta ex homicidio casuali occulto, num. 223. Quoadcunque homicidium jam est publicum aut deducendum ad forum contentiosum, nequit Episcopus in Irregularitate dispensare, num. 225. Potest dispensare in Irregularitate proveniente ex mutilatione occulta, num. 226. & seqq. Superiores Regulares possunt cum subditis suis dispensare in quavis Irregularitate, ex occultis mutilatione, vel homicidio etiam directè intento dispensare, num. 228. Quandonam homicidium ad propositum dicatur occultum? nu. 229. & seqq. Et quando deducendum ad forum contentiosum, num. 232. & seqq. Dispensatio in pœnis Simonie à quo fieri possit? Tit. 3. num. 341. & seqq. Et quomodo executioni mandari debeat? numer. 346. Dispensare cum Hæreticis, quibus & quomodo concelebrum, ac prohiberem sit? T. 7. nu. 26. & seqq.

R. J. Dispensatus in uno, quando censetur etiam dispensatus in altero, C. II. R. XXXVIII. num. 13. & 14.

DISPOSITIO.

3. Dispositiones causarum piarum an, & à quo mutari possint? T. 26. num. 800. & seqq. Quomodo executioni mandari possint, ac debeant? *ibid.*
- R. J. Dispositio specialis derogat generali, C. II. R. XXXIV. num. 15.

DISPUTATIO.

3. Disputationes publicæ in Ecclesiis sunt licitæ, T. 49. num. 19.

DISSOLUTIO.

4. Dissolutio sponsaliorum ex quibus causis fieri possit? Tit. 1. num. 202. & seqq. Recensentur breviter causæ dissolvendi sponsalia, *ibid.* Sponsalia puberum etiam jurata, mutuo consensu dissolvi possunt, num. 203. Non item impuberum, num. 204. Mutuo consensu etiam licitè solvuntur sponsalia, num. 205. Si nulla intervenit fraus, vel metus injustè inculsus, num. 206. Doctrina Practica, num. 207. An requiratur auctoritas Judicis? num. 208. Discessus unius à sponsalibus præbet etiam alteri causam discedendi, num. 209. Potest tacitè, vel expressè fieri recessus, num. 211. Solvuntur sponsalia etiam per absentiam unius, num. 212. Si diutius abest, num. 213. Etiam si ex causa utili, vel necessaria abest, num. 214. Solvuntur instanti ex Jure, num. 215. Possunt sponsalia præfigi termini ad differendam, num. 216. & extinguendam obligationem, num. 217. Quid Juris, quando nullus præfixus est terminus? numer. 218. Si præfixitur terminus ad differendam obligationem, non solvuntur illo elapso, num. 219. Benè verò
- Anaclet. Reiffenstuel Repertorium,

si ad extinguendam apponatur, num. 220. & seqq. Etiam per professionem Religiosam solvuntur sponsalia, num. 223. Limitatio hoc in certo casu frandis, num. 224. Per solum ingressum in Religionem, professione non secuta, solvuntur sponsalia ex parte remanentis in sæculo, num. 225. Non item ex parte ingredientis, num. 226. Solvuntur etiam per susceptionem ordinum majorum, num. 228. non item minorum, num. 230. Post sponsalia contracta non potest sponsus licitè ordines sacros suscipere, num. 231. & seqq. Votum emissum sacros ordines suscipiendi post sponsalia, illa non solvit ex parte voventis, benè verò ex parte alterius, numer. 236. Idem est de voto continentiæ, num. 241. Sponsalia solvuntur etiam per sublequens matrimonium, num. 242. Item per fornicationem solvuntur ex parte innocentis, non verò nocentis, num. 244. & seqq. Sicut etiam ob oscula, & tactus impudicos à sponsa admittis, num. 253. Non item si ea committit sponsus, num. 254. Mutatio superveniens an, & quando solvat sponsalia? Vide *Mutatio*. Solvuntur ob superveniens impedimentum, num. 294. Dissolutio sponsalium ex se non requirit auctoritatem Judicis, T. I. num. 308. Benè verò per accidens, num. 309. Et de Jure speciale Discessum, num. 310. Aut quando causa dissolvendi est dubia, num. 311. Dissolutio sponsalium ex causis antea latentibus, & postea manifestis, efficax est, Tit. 1. numer. 292. Limitatur, num. 300. Laborans defectu occulto nocivo, matrimonium notabiliter reddente odiosum, tenetur illum ante matrimonium manifestare, numer. 301. Secus, si defectus notabilis non est, num. 302. & seqq. Qui sciens defectum occultum in aliquo contractu cum eo sponsalia, censetur renuciare Juri suo, num. 304. Item si fornicatur cum eo, num. 305. & seqq. Dissolutio sponsalium qualem requirat probationem? num. 312. Si subsistat impedimentum, sufficit confessio utriusque sponsi, *ibid.* Imò unius matrimonium affectantis, num. 313. Item fama legitime probata, num. 314. Ac testimonium unius, num. 315. Dummodo juratò deponat, num. 316. & seqq. Si causa dissolvendi non est impedimentum, requiritur probatio ordinaria, num. 321. Dissolutio sponsalium cujus expensis fieri debeat? num. 322. & seqq. Dissolutio Matrimonii. Vide *Divortium*.

DISTRIBUTIO.

3. Distributio quotidianæ, earumque constitutio, ac perceptio, Tit. 4. num. 164. & seqq. Distributiones quotidianæ, seu præsentium, quæ? numer. 166. Ex quibus constituantur? num. 167. & seqq. Sunt principaliter institutæ ad promovendum cultum divinum, num. 169. Idque abque sumptibus, num. 171. Regula est, quòd distributiones debeantur solis præsentibus, & interessentibus, numer. 172. Non obstante consuetudine contraria, num. 173. Vel statuto, num. 174. Canonici duobus, vel tribus mensibus juxta licentiam Tridentinam absentes non gaudent distributionibus, numer. 175. & seqq. Limitatur hoc in quibusdam casibus, num. 177. & seqq. Quoad distributiones, quas absentes non fuerint lucrati, non valet remissio, numer. 180. Episcopus eas remittens, punitur, numer. 181. Ob absentiam amissæ accretum interessentibus, num. 182. Nisi in certa quantitate consistant, numer. 183. Distributiones quotidianas in quibus casibus Canonici absentes lucentur? Tit. 4. numero 185. & seqq. Requiritur ad hoc iusta causa

causa absentiae, & licentia ordinarii, seu Praelati, *ibid.* Enarrantur hujusmodi causae, *num.* 186. Inter quas est infirmitas, *num.* 187. Cujus tempus non computatur inter tres menses à Concilio permittis, dummodo non addit consuetudo in contrarium legitime praescripta, *num.* 189. & *seq.* Solum Capituli statutum non impedit infirmum Canonicum à percipiendis distributionibus, *num.* 191. Si sanus consuevit interesse Divinis, *num.* 192. Nec obstat, quod propria culpa infirmitatem contraxerit, *num.* 194. Quae infirmitas sit sufficiens ad percipiendas in absentia distributiones? *num.* 193. Ob corporalem necessitatem Canonicus absens percipit distributiones, *num.* 195. & quando? *numero* 197. Et ob evidentem Ecclesiae utilitatem, *num.* 198. & *seq.* Ut si mittitur ad Concilium Generale, Provinciale, vel synodum Dioecesanam, *num.* 201. Aut curae animarum incumbit, *num.* 202. & *seq.* Aut prosequitur lites, vel tractat communia negotia Capituli, *num.* 204. & *seq.* Vel si universi redditus consistunt in quotidianis distributionibus, *num.* 207. & *seq.* Item si absens est ex Privilegio Papae, *num.* 210. Ut si est Auditor Rotae, *num.* 211. Vel Inquisitor haereticæ pravitatis, &c. *num.* 212. Eandem lucrantur missi ab Episcopo ad limina Apostolorum, *num.* 213. Nec non si habent statum à Pontifice confirmatum, *num.* 214. Ac tandem Canonici habentes Praebendam Theologalem, *num.* 215.

DIVERSITAS.

5. Diversitas poenarum à Jure statuta dat optionem Episcopo, *T.* 16. *n.* 59.

DIVISIO.

3. Divisio Beneficiorum quid? *Tit.* 12. *num.* 21. Est prohibita, *num.* 22. Nisi subit causa rationalis, *num.* 23.

DIVORTIUM.

4. Divortium Matrimonii quoad vinculum an, & quot modis fieri queat? *Tit.* 19. *num.* 2. & *seq.* sit Professio Religiosa in matrimonio rato, *ibid.* Non item dispensatione Pontificia, *num.* 3. & *seq.* Solvuntur objectiones adversariorum, *num.* 6. & *seq.* Fidelium matrimonium consummatum nulla ratione solvi potest quoad vinculum, *num.* 10. Quia est de Jure Divino, *ibid.* Est significat unionem Christi cum Ecclesia, & Verbi cum carne, *num.* 11. Solvitur obiectio Haereticorum, *num.* 12. Divortium matrimonii Infidelium, & Haereticorum quoad vinculum, *T.* 19. *num.* 13. Remissivè. Divortium matrimonii quoad vinculum quid? & quales probationes requiratur? *num.* 14. & *seq.* Conjuges etiam certi de nullitate Matrimonii non possunt propria autoritate discedere in foro externo, *ibid.* Quid Juris, si pars una discedat? *num.* 15. Judex non potest, nec debet conjugibus facile credere, nisi addit sufficiens probatio, *num.* 16. & *seq.* Per testes juratos omni exceptione majores, *num.* 18. Si notorie constat de nullitate matrimonii, debet Judex etiam nemine accusante illud dissolvere, *num.* 19. Vel de nullitate inquirere, quando non notorie constat, *num.* 20. In dubio de Valore matrimonii, pronunciat pro eo, *num.* 21. Sciens nullitatem Matrimonii, nec petere, nec reddere potest debitum, etsi Episcopus jubeat, *num.* 22. Imo tenetur contra Judicis mandatum propria

authoritate discedere, si absque periculo incontinentiae, vel peccati alterius cohabitare nequit, *num.* 23. Limitatur, *num.* 24. De divortio haereticorum & Infidelium, *num.* 25. Remissivè. Divortium, seu dissolutio matrimonii quoad thorum & cohabitationem quid sit? *num.* 26. & *seq.* Potest fieri vel mutuo consensu conjugum, *num.* 27. Vel etiam invito altero, *num.* 28. Causae, ob quas fieri potest divortium, quoad thorum, *num.* 29. & *seq.* Divortium quoad thorum ad fornicationem spirituales, seu discessum unius à vera Religione, vel incitationem ad peccatum, potest alter facere propria autoritate, *num.* 31. Si Religionem ingredi velit, *num.* 32. Idem est, si ab altero conjugum ad peccatum grave incitatur, *num.* 33. & *seq.* Saltem quoad forum internum, *num.* 35. Secus quoad forum externum, *num.* 36. Divortium quoad thorum ob viri saevitiam, ex qua imminet uxori periculum vitae, aut gravis damni corporalis, potest fieri ab uxore, *num.* 37. Non item ob leviorem verberationem, *num.* 38. Imò nec propter gravem praeteritam, si non sit periculum in futurum, *num.* 39. & *seq.* Probabilis timor, aut periculum gravis verberationis, vel durioris tractationis in futurum, praebet sufficientem causam divortii, *num.* 41. Minus quando ad hoc sufficit? *num.* 43. Gravis verberatio, & crudelis tractatio, quae? *num.* 44. Ob periculum gravis verberationis potest uxor discedere, *num.* 45. Etiam propria autoritate, *num.* 46. & *seq.* Nec tenetur redire, nisi prius vir cautionem sufficientem praestet de non offendendo, *num.* 48. Quae sit causa sufficiens? *num.* 49. Si saevitia viri, aut averfio animorum est nimia, tunc etiam sub cautione non tenetur redire, *num.* 50. Idem dic, si saevitia plenè est probata, *num.* 51. Praxis procedendi in causa saevitiae, *num.* 52. Etiam ob saevitiam uxoris datur divortium, *num.* 53. Solvitur obiectio, *num.* 54. Divortium ob morbum unius, *num.* 55. Divortium quoad thorum ex causa adulterii, *num.* 57. & *seq.* Ob adulterium unius licet alteri institui divortium, *ibid.* Sive vir, sive mulier adulteretur, *num.* 58. Idem est, si alterutra pars sodomiam committat, aut bestialitatem, *num.* 59. Non item ob tactus & oscula impudica, *num.* 60. & *seq.* Ob adulterium materiale sine culpa commissum non datur divortium, *num.* 62. Ut si uxor ab alieno vi opprimatur, *num.* 63. Secus est, si metu gravi consentit, *num.* 64. Mulier, aut vir ex ignorantia congregiens cum alieno conjugum non praebet causam divortii, *numero* 65. Sicut nec, si unus in alterius adulterium consentiat, *num.* 66. & *seq.* Mulier tacens ad adulterium viri non censetur tacitè consentire, *num.* 68. Nec vir ideo tacens, ut uxorem alia vice cum testibus deprehendat, *num.* 69. & *seq.* Si innocens nocenti injuriam remittit, non amplius institui potest divortium, *num.* 71. Innocens non tenetur adulterum dimittere nisi aliud exigat scandalum, *num.* 72. Potest injuria adulterii expressè condonari, *num.* 73. Vel tacitè, *num.* 74. Exemplificatur, *num.* 75. & *seq.* Conditiones requisitae ad hoc, ut quis censetur tacitè remittere injuriam adulterii, *num.* 77. & *seq.* Si uterque adulteratur, divortium fieri non potest, *num.* 80. Nec refert quòd unus posterius, alter prius sit adulteratus, *num.* 81. Aut unus gravior, & saepius altero, *num.* 82. Vel unius adulterium sit occultum, alterius publicum, *num.* 83. & *seq.* Quid facere debeat occultus adulter, casu, quo adulterium

uxoris

RERUM ET VERBORUM.

uxoris publicum est, *num.* 84. In foro externo adulterium publicum per occultum non compensatur, *num.* 85. Utrum compensetur adulterium ad restituendum dimissum, si post latam sententiam, & factum divortium adulteretur etiam prius innocens? *num.* 86. & *seq.* Divortium ex causa adulterii notorii fieri potest propria autoritate, *num.* 89. Solvitur instantia, *num.* 90. Qui certò seit conjugem suum adulteratum esse, in foro interno, discedere potest propria autoritate, etsi probare non valeat, *num.* 91. Secus est in foro externo, *num.* 92. & *seq.* Ob suspicionem adulterii in nullo foro licitum est divortium, *num.* 94. & *seq.* Divorcio separati possunt iterum conjugii, consentiente innocente, *n.* 95. & *seq.* Divorcio facto apud quem conjugum, & cujus expensis educari debeant proles? *n.* 103. & *seq.*

DOCTOR.

5. Doctores, Magistri, & Licentiatii qualia privilegia habeant? *T.* 5. *num.* 6. & *seq.* Sunt in dignitate constituti, *ibid.* aequiparantur Nobilibus, *num.* 7. In conferendis Officiis & Beneficiis praeferruntur aliis, *num.* 8. Sunt exempti à communibus oneribus, *num.* 9. Rei criminis missis puniuntur, *num.* 10. Acta docentes habent inviolabilia Privilegia, & quae? *num.* 11. & *seq.* An & quid pro lectione, seu Professura accipere valeant? *num.* 18. & *seq.*

DOGMA.

1. Dogma quid? *T.* 2. *num.* 10. Dogmata fidei quae? *ibid.*

DOLUS.

1. Dolus ex proposito, & dolus re ipsa, in Jure aequiparantur, *T.* 36. *n.* 58.
2. Dolus bonus, & dolus malus quid? *T.* 14. *num.* 2. & 3. Dolus malus utrum vitiet contractus, & qualiter? *num.* 5. & *seq.* Dolus, & error in quo differant? *num.* 5. Ob dolum circa substantiam rei, contractus jure naturae est irritus, *num.* 6. & 7. Quid si dolus solum versetur circa qualitates accidentales? *num.* 8. & *seq.* Si dolus non det causam contractui, sed solum incidat, valet ipso jure contractus, *num.* 9. Adeo ut nec rescindi possit, &c. *num.* 9. & 10. Tenet contractus non obstante dolo, per tertium commissio, *num.* 11. Datur tamen actio de dolo contra illum tertium, *num.* 11. & 12. Quid si ille tertius non sit solvendo? *num.* 12. Dolus dans causam contractui stricti juris, eum non reddit ipso jure nullum, *num.* 13. Bene tamen contractus bonae fidei, & quae ratio disparitatis? *num.* 14. & 15. Limitatur hoc posterius, quando deceptus vult stare contractui, *num.* 16. Item in contractu matrimoniali, *num.* 17. Opposita quorundam sententia refertur, *num.* 18. Quae auxilia & contra quos competant ex dolo? *num.* 19. Dolus alicui patrocinari non debet, *num.* 16. Doli exceptio quid? *T.* 14. *num.* 23. & *seq.* Vide *Exceptio doli.* Actio de dolo quid, & qualiter ab exceptione doli differat? *num.* 28. & *seq.* Vide *Actio de dolo.* Dolus & culpa apud Juris peritos quid? *T.* 24. *num.* 20. Dolo aequiparatur culpa lata, *ibid.* Dolus qui allegat dolum probare debet, *Tit.* 25. *num.* 77. Dolus ex indicis perspicuis probatur, *num.* 77. & 78.
3. Dolus est difficilis probationis, *T.* 16. *num.* 32. Quomodo probetur, *ibid.* & *num.* *seq.* Indicia ad eum probandum, *num.* 34. Quando praesumatur in depositario? *num.* 35. Generaliter praesumitur ex actu illicito alteri nocivo, *num.* 36. Aut omni-Anaclet. Reiffenhuell Repertorium.

RERUM ET VERBORUM.

sione actus obligantis, *num.* 37. Item ex violentia, & aliis modis, *num.* 38. Paria sunt si dolus re ipsa interveniat, vel ex proposito, *num.* 39.
R. J. Dolo non caret, qui imperio Magistratus non paruit, *C. II. R. XXIV. nu.* 4. Dolo facit qui petit quod restituere debet, *R. LIX.* Dolus bonus quis? *C. I. R. V. num.* 11. Dolus & fraus nulli patrocinatur, *C. II. R. XXXVI. num.* 8. Dolus & lata culpa aequiparantur, *ibid.* *n.* 5. Dolus non praesumitur, sed probari debet, *n.* 7. Nec praesumitur, ubi est necessitas, *R. XXIII. num.* 3.

DOMESTICUS.

2. Domestici qui dicantur? *T.* 20. *num.* 120. & 121. Domestici nomen minus pater, quam nomen familiaris, *num.* 122. Maritus & uxor sunt domestici, *num.* 121. Domestici, an sint testes idonei? *num.* 120. & *seq.* Domestici ipsius producentis potest repelli à ferendo testimonio, *num.* 123. Dantur nihilominus aliqui casus, in quibus admittitur testimonium domesticum, *num.* 124. Ut si domestici sint magne auctoritatis, & valde honesti, puta familiares Episcopi, &c. *ibid.* Admittuntur etiam domestici, Consanguinei, &c. ad defensionem Rei inquisiti, seu ad probandam ejus innocentiam, *num.* 125. Et ad ferendum testimonium favore Ecclesiae, *num.* 126. Aut ubi quis est domesticus utriusque partis, *num.* 127. Vel quando Domesticus partim deponit pro alio domestico, partim contra ipsam, *num.* 128. Item in probandis factis, & delictis domesticis, *num.* 129. Domestici possunt adhiberi in testes instrumentarios, *num.* 130. Ac in nonnullis aliis casibus, *num.* 131.
3. Domestici Religiosorum ubi sepeliuntur? *Tit.* 28. *num.* 21.

DOMICILIUM.

1. Domicilium verum constituitur animo & facto simul, & quomodo? *T.* 11. *num.* 96. Ratione domicilii efficitur quis subditus Episcopi quoad receptionem ordinum, *num.* 94. & 97. Ad hoc tamen non sufficit quasi domicilium, *num.* 95. Ut de facto quis ratione domicilii ordinari valeat, quae requirantur? *num.* 97.
2. Domicilium censetur Clericus contrahere in loco Beneficii, personalem residentiam requirentis, *T.* 1. *num.* 94. Domicilium generatim quid, & quotuplex? *Tit.* 2. *num.* 16. Domicilium habitationis quid? *num.* 17. De hoc semper intelligitur nomen Domicilii absolute positum, *ibid.* Potest quis in pluribus locis habere domicilium, licet hoc difficile sit, *num.* 18. Peregrinari, ac esse sine domicilio, quis dicitur? *num.* 19. Domicilium originis, quod? *T.* 2. *num.* 20. Ad hoc non sufficit quòd quis fortuito alicubi notus fuerit, *num.* 21. Quasi domicilium quid? *n.* 22. Et qualis habitatio ad illud requiratur, *nu.* 23. Ratione domicilii, an & qualiter quis forum sortiatur? *num.* 34. & *seq.* Aut ratione quasi domicilii, *ibid.* Et quid juris si quis in duobus locis domicilium habeat? *num.* 42. Domicilii permutatio, non perimit instantiam coram iudice ejus jam ceptam, *num.* 43. Judex domicilii quomodo possit procedere contra subditum praesentem, & citare absentem? *num.* 29. & *seq.* Imò & contra absentem citatum, & contumacem in comparando, *num.* 32 & 33. Qui certum domicilium non habent, ut vagabundi, sortiuntur forum, ubi repertiuntur, *n.* 46.
4. Domicilium habitationis, vel originis qualiter attendatur, *h.* 2.

tur, & esse debeat in ordine ad matrimonium? T. 3. n. 58. & seqq.

DOMINICANI.

3. Dominicanorum Ordo quando inceperit? T. 31. numer. 39.

DOMINIUM, DOMINUS.

2. Dominium, & proprietas, impoſtant propemodum idem, T. 12. n. 31. Nisi quod dominium fit terminus magis amplius, idque declaratur, n. 32. Effectus domini est possessio, n. 36. In aliquibus etiam dici potest, quod possessionis effectus sit dominium, n. 38. Vide proprietas. Præſumptionem domini parit possessio, num. 54. Domini probatio est difficilis & cur? n. 219.
- R. J. Dominium quoties transfertur, tale transfertur quale fuit apud eum qui transfert, C. II. R. XLVI. n. 6. & 8.
3. Dominus directus emphyteuſis quas obligationes habet? T. 18. n. 187. Et quæ jura habet? n. 188. & seqq. Non potest absque legitima causa Emphyteutem invitum privare emphyteuſi perpetua, vel vitalitia, *ibid.* Bene tamen emphyteuſi alterata, seu modificata, & quomodo? n. 189. Potest ob quatuor causas privare Emphyteutam emphyteuſi, nu. 190. Videlicet ob non solum Canonem, & quomodo? n. 191. & seqq. Ob venditionem emphyteuſis indebitè factam, & quomodo? n. 206. Item ob deteriorationem rei emphyteuſicæ, & qualem? num. 211. & seqq. Item ob non solum Laudemium, n. 214. & seqq. An & quomodo possit augere Canonem? num. 204. Vide Laudemium.

DOMUS.

2. Domum Rei inviti non debet quis intrare causâ ipsam citandi, T. 3. num. 80. Vide Citatio. Graviter delinquens potest de domo sua invitus extrahi, auctoritate Judicis, n. 90.
3. Domus Parochialis à quo reparari debeat? T. 48. num. 22. & seqq. Domus Religioſa. Vide Locus Religioſus.
- R. J. Domo legata, censetur etiam legatus hortus co-hærens, C. II. R. XLII. n. 10.

DONARE, DONATIO, DONATOR, DONUM.

1. Donatio ultra quingentos solidos, à Laico facta cuiuspiam Clerico, an valeat absque Judicis insinuatione? T. 2. num. 345. & 346. Donatio facta determinatè Ecclesiæ an possit à quolibet acceptari? T. 35. n. 57.
3. Donatio quid? T. 24. num. 2. Debet esse merè liberalis, num. 3. Donatio alia est realis, alia verbalis, num. 4. Alia merè gratuita, alia conditionata, num. 5. Alia inter vivos, alia mortis causa, num. 6. Ad donationem requiritur consensus donantis signo externo monstratus, num. 7. Donatio fieri potest absentis, & præſenti, tacitè & expreſſè, num. 8. Potest etiam ex conjecturis præſumi, num. 9. Ad donationem requiritur acceptatio ex parte Donatarii, num. 10. Quæ fieri potest verbis, vel signis, numer. 11. Donatio Ecclesiæ, vel alii pie causæ facta, illicè obligat, etſi à Rectore, vel Administratore nondum sit acceptata, num. 12. & seqq. Donatio quingentos solidos excedens, an & quando debeat insinuari apud Judicem ad hoc, ut valeat? num. 14. & seqq. Donari potest omnis res etiam aliena, & quomodo? num. 20. Donatio à quo fieri possit? num. 21. & seqq. Donare possunt

omnes qui lege non prohibentur, num. 21. Prohibentur autem omnes, qui administratione rerum suarum carent, num. 22. Item Tutores, & Curatores, de rebus quas administrant, num. 23. Excepta remunerationis causâ, mortis & Conſuetudinis, num. 24. Pater donare non potest, liberis nondum emancipatis, num. 25. Nisi ob causam, vel remunerationis gratiâ, num. 26. Mater tam emancipatis, quam non emancipatis validè donat, n. 27. Milites & Clerici donare non possunt Concubinis, num. 28. Prohibita etiam est donatio inter virum & mulierem, num. 29. Donatio Episcoporum, Prælatorum ac Religioſorum, num. 32. & seqq. Magnas Donationes Ecclesiarum Rectores de rebus Ecclesiæ facere non possunt, num. 32. Si faciunt, revocari possunt, ac debent, à quibus? numer. 33. Modicas tamen donationes de bonis Ecclesiæ citè faciunt, num. 34. & seqq. Dummodo per plus repetitas modicas donationes graviter non lædatur Ecclesia, numer. 36. Nulla consuetudine introduci potest, quod Prælati de rebus Ecclesiæ magnas faciant donationes, num. 37. & seqq. Doctrina practica pro Prælati multa donantibus, num. 39. Donationes remuneratorias etiam magnas facere possunt Ecclesiarum Rectores, num. 40. Dummodo non multum excedant merita, & obsequia Donatarii, numer. 41. In casu dubii tam Prælati donans, quam Donatarius probare debent, donationes magnas factas esse remunerationis causa, num. 42. Ad donationem immobilium, vel mobilium pretioſorum requiritur solemnitas Juris, num. 43. Causa utilitatis Ecclesiæ, Pietatis, & misericordiz, possunt Rectores Ecclesiarum etiam magna proportionaliter donare, numer. 44. & seqq. De redditibus ad propriam mensam pro honesta sustentatione deputatis indifferèntè donare possunt Clerici, numer. 46. Prælati privati extra monasterium habentes beneficium, cum libera administratione donare possunt, ut ceteri Beneficiarii saculares, numer. 47. Habentes verò administrationem intrâ Monasterium, non nisi juxta præscriptum superioris, statutorum, & consuetudinis donare valent, numer. 48. Religioſi in Monasterio sine Beneficio & administrationis officio degentes, penitus nihil, nec pauperibus quidem donare possunt, num. 49. Donatio mortis causa quid? T. 26. num. 688. In dubio præſumitur donatio inter vivos, *ibid.* & num. seqq. Requirit Donatarii acceptationem, numer. 199. Non censetur perfecta ante mortem donantis, numer. 691. Tres modi illius donationis referuntur, numer. 692. Potest fieri tam à sano, quam à constituto in articulo mortis, num. 693. & seqq. Donare mortis causa potest omnis, solus qui testari valet, num. 695. & seqq. Cui legari, etiam mortis causa donari potest, num. 697. & seqq. Donatio mortis causa pro libitu revocari potest, num. 698. & seqq. Expirat, seu tacitè revocata censetur quatuor modis, & quibus? num. 700. & seqq. In quo differat à Legato? num. 704. Et à donatione inter vivos? numer. 705. De solemnitate ad hanc donationem, remissivè, num. 706. Donatio Religioſis facta sub conditione quod ad certum, & non ad Monasterium pertineat, T. 35. num. 23.

3. Donationis revocatio ordinariè fieri non potest, Tit. 24. num. 50. Limitatur tribus casibus, num. 51. Primò ob ingratitudinem Donatarii erga Donantem, numer. 52. Quandonam ad hunc effectum dicatur ingratus Donatarius, num. 53. & seqq. Donator probare debet ingratitudinem, si ob illam vult revocare donationem, num. 61. Potestas revocandi donationem ob ingratitudinem non competit

petit hæredi, nec contra hæredem, n. 62. & seqq. Enarrantur casus, in quibus ob ingratitudinem Donatarii Donatio revocari non potest, n. 65. & seqq. Secunda causa principalis Donationem revocandi est, si Donatori liberis carenti postea nascantur liberi, n. 69. & seqq. Donatio facta Ecclesiæ non nisi ad legitimam ad liberos postea natos revocari potest, n. 71. & seqq. Donatio remuneratoria ob hanc causam non potest revocari, n. 73. Donatio inofficiosa revocari potest, n. 74. Donationis obligatio, quæ? T. 24. nu. 30. Donatio perfecta conditiones postea non recipit, T. 38. n. 21.

4. Donatio ultra quingentos solidos an liceat, & valeat? T. 20. num. 33. Donatio inter virum & uxorem quid? n. 2. Gratis facta est invalida, num. 3. Non item remuneratoria, num. 4. Nec illa ex qua donans non fit pauperior, n. 5. & seqq. Vel Donatarius non locupletior, num. 8. Donatio inter virum & uxorem invalida habet aliquos effectus. In quibus casibus valet donatio inter conjuges? num. 10. & seqq. Enumerantur plures casus, *ibid.* Donatio inter conjuges invalida, quando validetur? num. 19. Confirmatur morte donantis, *ibid.* Moriente donatario ante donantem evanescit, num. 20. Non confirmatur morte donantis, si hic eam in vivis revocat, num. 21. Quando censetur tacitè revocare, *ibid.* & seqq. Revocatio facta iterum revocari potest, num. 25. Donatio à marito uxori invalidè facta confirmatur morte civili mariti, num. 26. Non item facta ab uxore marito, num. 27. Limitatur, num. 28. Stante morte civili potest maritus revocare donationem, num. 29. Excepta professione in Regula S. Francisci, n. 30. & seqq. Donatio quingentos solidos excedens morte non confirmatur, num. 32. Donatio confirmata juramento de non revocando, valet, num. 33. Donatio propter nuptias. Vide *Contrados*.

R. J. Dona seu munera non licet accipere Rectores Provinciarum, C. II. R. LXXXVIII. numer. 4.

Donatio inter virum & uxorem non potest revocari ab hæredibus, nisi à donante tacitè revocata sit, R. XLVI. num. 17. Quomodo prohibeatur? R. LXXXVIII. num. 5. 6. Donatio ultra 500. Solidos valet quoad 500. R. XXXVII. num. 5. Donationes, præſertim Principum, pro donatario latissimè sunt interpretandæ, & quomodo limitetur? R. LVII. num. 9. Donator potest revocare ex causa donationem, non verò hæres illius, C. II. R. XVI. num. 14. Donare non potest Administrator rerum, R. LXXXI. num. 4.

DOS, DOTARE.

2. Dotis in contractu non inspicitur locus contractus, sed locus, ubi vir habet domicilium, Tit. 2. num. 89. Causa dotis an sit mixti fori? num. 157. Confessio mariti de Dote recepta in prejudicium creditorum, an probet? T. 18. num. 25. Valet juramentum ut filia dote contenta patri non succedat ab intestato, T. 24. n. 95.
3. Dotare Ecclesiam, & dotatio quid? T. 38. num. 9.
4. Dos quid, & quotuplex? T. 20. num. 34. & seqq. Alia est profectitia, alia adventitia, num. 35. Dos & contrados per adulterium quomodo perdat? num. 95. & seqq. Per adulterium uxoris perdit dotem, & vir contradotem, *ibid.* Etiam in putativo matrimonio, num. 96. Limitatur in aliquibus casibus, num. 97. & seqq. Si extant liberi, ad hos pertinet dotis, & contradotis proprietas, usus-fructus verò ad conjugem innocentem, num. 101. Propter adulterium non perdit uxor bona paraphernalia, num. 102. & seqq. Quid præter dotem per-

dat de Jure Bavariz? num. 104. Dotem nondum traditam uxor adulterans ante sententiam non tenetur tradere, num. 105. & seqq. Traditam verò vir retinere potest, num. 106. Uxor adulterans, si reconcilietur viro, omnia perdata iterum recuperat, num. 107. Nisi speciale pactum, aut conditio obſtet, num. 108. Dotis dispositio & fructus ad quem pertineant? num. 44. & seqq. Fructus dotis pertinent ad maritum, *ibid.* Sicut etiam dominium, ac libera dispositio, si dos in re mobili consistat, num. 50. Quid si in re immobili consistat? num. 51. & seqq. Dotis aſſecuratio, quomodo fieri possit, & debeat? num. 44. & seqq. Ordinariè loquendo durante matrimonio dos repeti, aut cautio pro eo exigi non potest, *ibid.* Nisi maritus sua culpa ad inopiam vergat, & evidens adit periculum pendendi dotem, num. 55. & seqq. Si absque sua culpa vir ad inopiam vergat, dotem reddere non tenetur, num. 57. Si bona mariti confiscantur, uxor potest repetere suam dotem, num. 58. Enumerantur aliz causæ repetendi dotem, num. 59. Dotis & aliorum restitutio soluto matrimonio faciendâ, num. 74. & seqq. Si matrimonium solvitur morte naturali mariti, dos adventitia restituitur uxori, *ibid.* Aliud est de profectitia, num. 75. Si solvitur morte uxoris, dos adventitia restituitur hæredibus, num. 76. Quid juris tunc de profectitia? num. 77. Si solvitur ob latens impedimentum, prius ignoratum, dos restituitur uxori, num. 78. Quid si scienter cum tali impedimento contraxerint, num. 79. Si solvitur matrimonium quoad thorum ex culpa mariti, dos restituitur uxori, num. 80. Secus, si ex culpa uxoris. Præter dotem etiam paraphernalia, & morgengeba uxori restitui debent, num. 82. Item lucra & questus durante matrimonio acquisiti, & quæ? num. 83. & seqq. Dotis privilegium quale sit? num. 111. Dotis competentis defectus est causa dispensandi super impedimento matrimonii, A. num. 81. Sive nubere volens, five alius eam supplere velit, num. 82. Censetur adesse, etſi in loco vicino puella virum patrem possit habere, nu. 83. Sicut & si dos involuta est litibus, num. 84. Non item si de facto careat dote, habet tamen parentes divites, nu. 85. Nisi ob copiam aliorum prolium, parentes puellam sufficenter dotare non possent, nu. 86. Puella censetur pati dote defectum, etſi certam spem habeat sufficientem acquirendi cum tempore ex legato, nu. 87. Vel morte parentum, nu. 88. Quid si puella tempore dispensationis caret dote, & post illam dotem acquirat? num. 90. Dotare quis possit, & teneatur? n. 36. & seqq. Potest quisvis major viginti quinque annis, *ibid.* Pater tenetur filiz dare dotem, num. 37. Etiam eam matrimonio collocari nulla facta mentione dotis, num. 38. Vel filia infans, & invito patre nuptier digno, n. 39. Secus, si indigno, nu. 40. Quisnam censetur indignus? n. 41. Quid de hoc statuta Bavariz? num. 42. Causæ exhæreditandi, sunt etiam causæ dotem negandi, nu. 43. Si pater nequit dotare filiam, tenetur avus paterus, num. 44. Et horum defectu mater, num. 45. Præſatis deficientibus frater ex eodem patre tenetur, num. 47. Tenetur etiam deflorator, n. 48.

4. Dotare an, quando, & quomodo teneatur deflorans, aut seducens puellam? T. 1. nu. 91. & seqq. Tenetur, etſi seducta prius jam habeat dotem, n. 92. Et licet nullum passa sit detrimentum, sedus in foro interno, num. 93. Si puella ex defloratione injusta majus patitur damnum, quam efficit dos, quæ gaudet, plus restituere tenetur deflorator, num. 94. & duobus seqq. Plus debet ordinariè restitui puellæ nobili, vel specialibus naturæ donis ornata, quam ignobili, aut deforati, num. 97. Juxta